FRIDERICI PLATNERI

DEFENSIO

PRO

LATINAE LINGUAE UTILITATE IN REPUBLICA LITTERARIA.

Quid mirum, quod ego non omnibus placeo! Forsan et mihi non omnes placent.

Seneca.

FRIDERICI PLATNERI

ANTECESSORIS QUONDAM LIPSIENSIS

PRO

LINGUAE LATINAE UTILITATE

IN REPUBLICA LITTERARIA

DEFENSIO.

QUAM

DECEM EXCURSIBUS HISTORICO-LITTERARIIS INSTRUCTAM ET VARIIS, CUM PLATNERI IPSIUS, TUM CHRISTIANI ADOLPHI KLOTZII ATQUE JOHANNIS AUGUSTI ERNESTII OPUSCULIS HUC SPECTANTIBUS ADAUCTAM

EDIDIT

D. EMILIUS FERDINANDUS VOGEL

IN UNIVERSITATE LITTERARUM LIPSIENSI

JUS ATQUE PHILOSOPHIAM PRIVATIM DOCENS.

LIPSIAE

IN LIBRARIA HINRICHSIANA.

1832.

VIRO SUMME REVERENDO

AUGUSTO GOTTHILF GERNHARDO

PHILOSOPHIAE DOCTORI

MAGNIDUCI SAXONIAE A CONSILIIS CONSISTORII, GYMNASII VIMARIENSIS DIRECTORI, SOCIETATIS LATINAE JENENSIS SODALI etc.

AVUNCULO CARISSIMO

MENTORI PRUDENTISSIMO

PRAECEPTORI MERITISSIMO

EMILIUS FERDINANDUS VOGEL.

Quodsi qualicunque huic opusculo Tuum, Avuncule carissime, exoptans patrocinium, justam omnino me causam agere censuerim, eorum quidem neminem mihi contradicturum puto, qui cum ingenii Tui studiorumque in omni humanitatis disciplina promovenda diu jam versantium naturam, tum meritorum Tuorum in me ipso erudiendo et instituendo enixe antehac collocatorum indolem rite expenderint.

Acceptissima enim dum ejus temporis memoria me subit, quod in praeclara Gymnasii Fribergensis palaestra litteras inbibendo transigere mihi licuit: statim etiam id agnoscam necesse est, Tibi omnino, Vir summe Reverende, me ingenuum hocce beneficium debere; quum Pater meus optimus, quem hodie quoque sospitem laetamur, ex

ipsa interiori sua Tuarum virtutum notitia saluberrimum illud petierit consilium, Tuis curis fidelissimis, in schola ista regunda tunc maxime conspicuis, me puerum committendi.

Quapropter, licet ipse, quantum non institutio solum et exhortatio Tua, exempli vigore firmata, sed familiaris etiam verique amoris plena Tua Tuorumque consuetudo per continuum octo annorum spatium mihi profuerint, animo sincero facilius reputare, quam justis verbis exprimere possim, aliquod tamen grati erga Te animi mei pignus publice Tibi exhibiturus, summopere Te habeo rogatum, velis hanc ipsam quidem opellam meam eodem favore dignari, quo hucusque jamjam me resque meas exornare consuevisti.

Minime quidem ignoro, huic quoque libro meo naevos quosdam et errores exprobratum iri; sed in Te statim habeo, quo aliquatenus saltem me consoler. Etenim eorum adeo intuitu, quae distincte ibidem Tibi forsan displicuerint, eo humaniorem Te mihi censorem extiturum confido, quo intelligentiorem judicem tunc rem meam disquisiturum esse scio; praesertim quum Te in eo mecum consensurum sperem, haud parvam profecto difficultatum molem in hac arena mihi exsuperandam fuisse, cui quidem prorsus subvertendae si impar ego hic illic apparuerim, humanam tantum humanis in rebus sortem ipse quoque expertus ero.

Itaque lubenter Tibi me commissurus, quantascunque liberalioris fortunae dotes integre Tibi item ac Familiae Tuae nunc

apprecor, cujus in sinu simul et Conjux Tua candidissima mihi, Matris optimae, Sororis Tuae, mortem graviter persentienti, verum alterius matris amorem demonstravit, et Liberi Tui optimarum virtutum studiosi dulcem omnino vitalis vitae nexum ad me transtulerunt: neque antiquius quidquam mihi praestituam, nisi huc, ut omni futuro vitae meae ritu sincerus amoris Tui custos, ingenuus patrocinii Tui alumnus, atque justus disciplinae Tuae discipulus ubicunque apparere laborem.

Reverendi Nominis Tui

Scrib. in Univ. Lit.
Lipsiensi,
d. XXV. m. Maji
a. MDCCCXXXXII.

cultor addictissimus

Emil. Ferd. Vogel.

Praefatio.

Ex accuratiori singularis illius, quam ipsa litterarum respublica nunc prae se fert, indolis perpensione id potissimum, nisi omnia me fallant, pernoscatur necesse est, duobus praesertim eruditorum item atque saeculi universi naevis graviter istam nunc labefactari: illiberali puta et obcaecato partium studio, communem omnium salutem turpiter aspernante, et fatua singulorum in litibus litterariis agitandis rusticitate, cum alibi, tum foedissime tunc conspicua, si, quod saepissime fieri videmus, in masculam quidem, sed *saeculi genium* haud prosequentem virorum, fama non minus, quam meritis splendentium sobrietatem scriptitantium quorundam procacitas pueriliter invehitur.

Quibuscunque vero lectoribus, de genuina utriusque mali causa pro animi candore haud leviter sollicitis mentem meam non tantopere reprobatum iri confido, quodsi ipsam in aperta illa negligentia positam censuerim, ex qua intentioris auctorum classicorum studii fructus ad communes vitae usus rarius tantum nunc translatos videmus.

Nolo quidem inficias ire, nostra quoque aetate haud exiguum eorum virorum doctorum numerum celebrari, qui de antiquitatis classicae indole per-

quirenda et illustranda optime sunt meriti: verum tamen *practicus* laborum huc pertinentium effectus, in moribus rite conformatis vitaeque habitu explanato maxime ponendus, ad illud vigoris fastigium nondum quidem elatus videtur, e quo in veram quorumcunque melioris notae hominum salutem promovendam valide progredi potuerit.

Quomodo vero ita hoc factum sit, quaerentibus, ad morem illum perquam usitatum animum convertere suadeo, vi cujus haud pauci nostri temporis Philologi externum quendam splendorem scholis suis adhibere, quam in nativo antiquitatis ingenio juvenum animis inscribendo vires exercere malunt. Etenim vera mihi, imo verissima ea semper apparuerunt, quae b. Tittmannus, praecellens nuper Academiae nostrae ornamentum, idemque strenuus semper, dum viveret, humanitatis politiorisque eruditionis propugnator, in egregia sua *ad Chr. Dan. Beckium de mutationibus literarum hoc spectante, adjuvante, ornante factis epistola* (Lips. 1829. 4.) hanc quoque in partem acute, ut solitus est, commonuit. Qui quidem l. l. pag. 28 seq.: „Graviter“ inquit „iis succenseo, qui ipsa philologiae studia veluti pro malo necessario habent, suadentque, ut adolescentibus quam plurima *realia* (quae barbare dicunt) in scholis impertiantur, ne inanibus verborum copiis tantum instructi, ceteroqui rerum omnium scientia destituti, ad academiam accedant. Ex quo fit, ut, quum in gymnasiis historia, mathesis, astronomia, physica scientia, algebra, ipsa philosophia, denique, iis tantum doctrinae

partibus exceptis, quarum discendarum exercitandarumque causa singulares, quas vocant, docendi facultates constitutae sunt, reliqua omnia traduntur, juvenum ingenia rerum, quibus nondum maturi sunt, copia obruantur, ea autem, quae in gymnasiis discenda sunt, aut negligantur, aut segnius tractentur. Sed illud malum maximum: postquam venerunt in academiam adolescentes, res illas omnes aut prorsus negligunt aut leviter tantum attingunt: nimirum ea omnia, quae jam in scholis degustarunt, satis sibi didicisse videntur. Verum alia quoque causa est, quare vel summo litterarum veterum studio non tantum ubique proficiatur, ut licet eruditissimi sint in scholis magistri, omnique philologiae subtilitate exercitati, non omnes, etiam felicis ingenii, adolescentes satis maturi scholam relinquant. Scilicet omnes illas copias, quibus philologia nostris temporibus aucta est, in scholis effundere solent, hanc magnam laudem scholae suae magistri esse putant, quod discipuli non tantum, ut olim fieri solebat, latinam graecamque linguam grammatice teneant, atque ad regulas linguae recte latine scribere possint, sed quod artem metricam, criticamque exercuerint, plurimosque scriptores, inprimis tragicos, legerint, atque ex universa philologia aliquid delibaverint. Sunt etiam scholarum curatores nonnulli, qui magistrorum opinione ducti, res optime geri putent, illisque lubenter credant, literarum rationes ita auctas esse, ut major eruditio atque scientia jam ab adolescentibus postulari debeat, ut parum absit, quin longe feliciori con-

ditione, quam quae ipsis contigerit, adolescentes hodie frui opinentur. Itaque linguarum studium vaga et inconstanti plurimorum scriptorum lectione in scholis occupatur; quaterni cum ejusdem ordinis discipulis latini totidemque graeci scriptores simul tractantur; singulis singulae aut binae per singulas hebdomades horae destinatae sunt, totidem styli, quas vocant, exercitationibus constitutae; quod reliquum est temporis, declamationes cum istis realibus absumunt. Itaque non est mirandum, quod ex ejusmodi scholis haud raro ad nos veniant adolescentes bonae indolis, qui licet Sophoclem (ut dicunt), Euripidem, Aristophanem, Platonem et nescio quos alios legerint, versusque graecos atque latinos fecerint, barbaro scribendi genere, e diversissimarum formularum farragine composito, utantur, et vix leges grammaticas satis tenere videantur."

Utinam omnes omnino scholarum magistri et curatores gravissima haecce viri juste cordati verba memoriae fideliter inscribere, inque rebus suis ordinandis ita exsequi velint, ut *multum* potius, quam *multa* docere studentes, justum materiae perquirendae delectum ad veram juvenilis aetatis normam regere tendant! Utinam ii in primis, qui nihil fere, nisi *realium* disciplinarum valorem alta voce scholis nostris obtrudunt, nimis largas malorum istorum segetes obcaecato fervore suo irrigare desistant, quae semper exinde oriunda Tittmannus ibi demonstravit!

Mihi quidem certissime id persuasum est, tunc tantum, si vel hac in re solida majorum

nostrorum vestigia, mutatis mutandis, iterum sequi rei scholasticae nostrae praesides inceperint, meliores studiorum litterariorum fructus, quam quibus novissime vita communis gavisa est, vim suam exerciturcs esse.

Interim tamen, quum de justiore harum rerum conditione anquirenda quicunque viri boni nativamque humanitatis lucem rite propugnantes ex animo curent necesse sit: equidem ipse quoque, pro sincero meo erga humaniores litteras amore, medelam quandam malo illi petiturus, et a resuscitato communi linguae latinae in republica litteraria usu optima quaeque hanc in partem speratus, Platneri opusculo in lucem retracto, illi ipsi usui diligenter commendando operam meam praestare haud cunctatus sum.

Fuit enim illud omnino Friderico Platnero ingenium, quod cum omnes doctrinae suae fructus singulari quodam festivitatis item atque eruditionis splendore commendare, tum hancce ipsam suam *pro latinae linguae utilitate in republica litteraria defensionem*, a. 1753. exaratam, eandemque ipsius *Commentariorum Lipsiensium Litterariorum* tomi primi, eodem anno divulgati Sectioni primae pag. 74—83., Sect. secundae pag. 198—208. et Sect. tertiae pag. 341—348. insertam, praeclara sua exponendi loquendique dexteritate mirum quantum exornare calleret [1]).

1) Natus est Fridericus Platnerus d. 5to m. Jul. a. 1730. Lipsiae, patre Joh. Zach. Platnero, Medicorum Lipsiensium tunc temporis choryphaeo; cujus post mortem sub felicissimis Christii, Philologi Lipsiensis celeberrimi, auspiciis inde ab anno 1748. in Academia nostra humaniorum item atque juridicarum disciplinarum studia

Nolo etiam diffiteri, me hoc Platneri opusculum, tunc, quum primam lucem videret, paucis tantum innotescens, vel ideo nostri temporis recordationi ingerendum duxisse, quoniam praeter importunum illud magisque in dies dispersum latinae linguae odium, alia quoque, eaque haud minus nocifera reipublicae litterariae nostrae mala, isto jamjam tempore per primos quasi apices conspicua, juste ibi notentur; quorum quidem e numero fere lethalem illam eruditionis hodiernae pestem commemorasse juvabit, vi cujus discrepantem omnium quarumque disciplinarum apparatum *lexicis* quibusdam (uti loquuntur) *encyclopaedicis* speciose magis, quam accurate imperitae hominum coronae venumdare, haud pauci, proh dolor! nunc consueverunt [2].

[illegible]

tam exacte coluit, ut a. 1752. juris utriusque Doctor creatus, eodem jamjam anno Antecessorum juris extraordinariorum consortio cooptaretur. Deinde quidem, ob insignia sua de optimis quibusque Universitatis nostrae litteris merita, a. 1762. summo Provocationum Senatui Saxonico adscriptus, a. autem 1764. Ordinaria Jurium Professione legitimam in Collegio Jurisconsultorum Lips. sedem concedente, ornatus; per varios honorum gradus a. 1769. ad Pandectarum Canonumque Professionem Ordinariam ipsamque Canonici maj. in Eccles. Numburg. Cathedr. Capit. dignitatem evectus est, supremum vero diem fervente adhuc aetate, die scilicet 15to m. Sept. a. 1770. jamjam obiit. Ceterum plura de viri hujus excellentissimi rebus gestis, quae seriori Gentis Platnerianae fama, ab Ernesti Lipsiensis, fratris Friderici natu minoris a. 1818. pie defuncti, atque Eduardi Marburgensis, illius ipsius filii, etiamnum nobis, quod valde laetamur, pervigenter omnino superstitis, virtutibus maxime pendente, dignissimae profecto fuerunt, alio ego tempore et loco dicturus sum.

2) Nullam plane prudentioribus lectoribus me nauseam moturum esse confido, si ingenua quaedam Chr. Ad. Klotzii verba, pag. 61 seq. libelli ejusdem facetissimi Genius Seculi inscripti (Altenb. 1761. 8.) occurrentia, eademque inveteratum pestis supra notatae vigorem dilucide probantia, huc transtulerim. Etenim ita eo loco vir acutissimus ibidem loquitur: *Singularis quidam mihi in mentem venit morbus auctorum, qui e Gallia, ut plures ineptiae, ad nos pervenit. Invasit enim inde ab aliquot annis ingenia quaedam hominum nimium, et ridicula libido, omnium litte-*

Quod vero laborem Plutarchiano libello collatum, pauca tantum monenda puto. Primum quidem contextum ipsius [illegible] judicavi, quem [illegible] rarum ambitum Lexicis includendi. Quamprimum aliquem, non doctum, sed doctrinae fama insignem, vel nimiis sumtibus exhaustum, vel aere alieno pressum, vel avaritia denique incensum, pecuniae corradendae cupiditas incessit, aliquot suae disciplinae discipulos convocat, non ingeniosos illos, non doctos, non gustu verae eruditionis imbutos, sed audaces, robusto corpore et carnosis digitis praeditos, et in scribendo bene exercitatos:

> Tollite cuncta, inquit, coeptosque auferte labores,
> Lexica sunt scribenda mihi; nunc viribus usus!
> Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra,
> Praecipitate moras! Nec plura effatus: at illi
> Ocius incubuere omnes, pariterque laborem
> Sortiti.

Singulis capita quaedam, *articulos* vocant, elaboranda mandantur; singulis libri, quibus res proponendas excerpant, distribuuntur. Jam te scire velle video, quales hi libri sint? Non boni, mehercle! Si cui, ut de rhetorica aliquid scribat, mandatur, illi non Aristoteles, non Cicero, non Longinus, et alii, commendantur, sed vernaculi semidoctorum hominum libelli. Atque eadem ratione in aliis disciplinis versantur. Singulis denique, quod caput, certa pro labore pecunia constituitur. Nunc vero velim videas fervorem, quo capitales homines partes datas agant!

> Illi inter sese multa vi brachia tollunt:

strenuo labore et incredibili animi patientia dies noctesque libros compilant: et citius opinione sapientissimum negotium conficiunt. Nihil scribentibus magis curae cordique est, quam ut quam plurima quotidie pariant, nihil pejus, quam brevitatem, fugiant. Verane an falsa describant, non curant; descripta utrum intelligant, necne, non reputant secum. Ingenii nullus, calami omnis est labor. Mox suam quisque symbolam adfert; portentosus titulus praefigitur, liber venditur, et laudatur. Nihil dicam de erroribus, quibus ejusmodi Lexica scatent. Qui quantum sint verae eruditioni noxii, facile intelligitur. Homines enim, qui ex hisce fontibus omnem doctrinam hauriri posse putant, Graecorum et Latinorum auctorum lectionem negligunt; hisce solis scopulis adhaerent, neque supra compendiola sapere, neque latissimum litterarum ambitum cognoscere unquam incipiunt. Prave de virorum summorum meritis judicant; intolerabili quodam fastu efferuntur; licet carbones pro thesauro invenerint, famam et nomen docti sibi arrogare non dubitant, inepta garrulitate sapientioribus molestiam et stomachum movent. Unde quanta calamitas enascatur, quid attinet pluribus enarrare? Nullus ex his libris aliquam utilitatem capiet, praeter negotiatores istos, qui quoniam bene nummati sunt, se ingeniosos quoque esse, arbitrantur. Atque tales, ut in circulis mulierculárum docti videantur, avide istas quisquilias et nugas coëmere vidi. Per me quidem fruantur istis deliciis, atque utinam soli!

derus ipse olim exhibuit; et ita quidem, ut vel orthographicas, quas vocant, ejusdem rationes nunquam deseruerim: in notis autem meis contextui ipsi pariter atque Additamentis subjectis id potissimum curavi, ut ne omnia omnino, quae in quemcunque locum forte dici potuissent, incautius adscribendo, fastidium lectoribus pararem.

Ipsis deinde *Excursibus* meis talem praesertim indolem servare adnisus sum, qualis temporum nostrorum rationibus examinandis plurimum convenire videretur: cui quidem metae rite appetendae quum justam exponendi materiam omnem ob externos libelli mei fines suo loco concedere non potuerim, veluti in transitu huic alterive excursui meo etiamnum quaedam adjicere mihi licebit.

Siquidem ipsius *primi* statim Excursus materiae causa curatiori lectorum meorum perscrutationi cum Püttmanni, Antecessoris quondam nostri celeberrimi, *Electorum* caput *primum*, Lips. 1793. 4. emissum, quo *de usu linguae latinae in vita civili causisque maxime publicis* exponit, tum Heerenii, Academiae Georgiae Augustae Professoris nostra aetate splendidissimi, expositionem singularem, a. 1810. sub ipsis adeo servitutis Franco-Gallicae nostrae stricturis ingenue exaratam, cui titulus: *Ueber die Mittel zur Erhaltung der Nationalität besiegter Völker*, et quae hujus auctoris Operum collectioni praestantissimae *Historische Werke* inscriptae, tomi quidem secundi Gottingae 1821. 8. divulgati pag. 1—33. inserta fuit, enixe commendare me opor-

tet: quum ex utroque sane schediasmate qualiscunque intentio mea isto loco prodita summopere confirmetur.

Aeque vero justum perpensionis adjumentum *quinti* Excursus lustratoribus tunc omnino accessurum spero, si cum iis, quae de vera versionum vernacularum ipsa antiquitatis monumenta exhibentium utilitate ibidem equidem disserui, praeclara profecto monita illa conferre dignati fuerint, quae Ernestus Lud. Posseltus, vir egregius, in tractatu infra pag. 94. fusius a me commemorato, cui titulus: *Ist es wohl der Mühe werth, die römische Sprache zu studiren?* apposite quidem hanc quoque in partem exhibuit [3]).

---

3) Neutiquam sane mihi temperare possum, quin ex egregia hacce Posselti nostri disquisitione eum saltem huc deferam passum concernentem, *tertii* quoque Excursus rationes aliquatenus tangentem, quo procaciorem sane Germanorum nostrorum in versionibus exhibendis pruritum graviter percenset. Siquidem l. l. pag, 300. seqq. haec ideo leguntur: *Mit Recht stellen die einsichtsvollsten Männer Teutschlands der unglücklichsten* Uebersetzungssucht, *die täglich allgemeiner wird, ihr ganzes Ansehn entgegen. Es war bisher eine, für uns schmeichelhafte, aber wahre Bemerkung: „dass keine Nation sich rühmen kann, in so kurzer Zeit ihren Geschmack aus der Wiege gerissen, und zur männlichen Reife gebracht zu haben, wie die unsrige.“ Ist nicht eben das Teutschland, in welchem noch zu unsrer Väter Zeit „Hanswurst“ und „schöner Geist“ beinah für Synonymen galten, seitdem die Mutter der grössten und geschmackvollsten Schriftsteller geworden? Klopstock, Wieland, Uz, Ramler, Lessing, und so viele andre, die unter uns leben, werden unsrem Zeitalter bei der Nachwelt unfehlbar den Namen des goldnen erwerben. Aber wodurch schufen diese grossen Männer zuerst Tag in ihrer Seele? Wodurch erhielt ihr Geist die so lange verkannte, allein ächte Richtung? Der sieht nichts, der nicht sieht, dass blos das* fleissige Studium der Alten in ihren Originalen *jene plötzliche, so ruhmvolle Veränderung in unsrer Literatur hervorgebracht hat. Würde Teutschland ohne Homer und Virgil seinen Klopstock, ohne Horaz seinen Uz und Ramler, ohne Phädrus seinen Gellert aufstellen können? Man weiss ja, dass Mahler und Bildhauer, wenn sie sich zu grossen Ideen begeistern wollen, ihre Begriffe von Schönheit und Ebenmaas nicht aus Kopien studiren, sondern oft Königreiche durchreisen, um an Urbildern zu lernen. Sind nun bei Künsten, in denen doch das Mechanische der Haupttheil ist, und die Hand fast alles thut, die*

Septimi deinde Excursus rationem habiturus, quo de nimio latini sermonis metu et horrore, inter eruditos nostros hodie obtinente, verba quaedam leguntur, non possum sane, quin timidiores illos melioris frugis defensores, pseudocriticorum quorundam acerbitatem, in meris aliorum verbis venandis mirifice sibi placentem, nimis jamjam metuentes ea rite perpendere exhorter, quae Joh. Laur. Moshemius, vir gravissimus, in praecellenti praefatione sua, Uberti *Folietae de linguae latinae usu* et praestantia libris tribus, Hamburgi 1723. 8. prima vice inter nostrates excussis, praemissa, pag. praesertim 10. seqq. prudenter omnino hujus rei causa protulit.

Denique, si qui fuerint, quibus *decimi* Excursus contenta largam me vituperandi materiam

wahren, lehrreichen Meisterstücke so unerreichbar: um wie viel mehr müssen in den Werken des Geistes, bei denen sich unendlich mannichfache, der bestimmten Denk- und Schreibart eines Verfassers ganz und gar eigenthümliche Schönheiten weit eher anbringen lassen, — alle Nachahmungen tief unter ihren Originalen seyn! Freilich kann man aus dem augenscheinlich schon wieder unter uns absterbenden guten Geschmack gar leicht einsehen, dass wir die Gesetzbücher des guten Geschmacks, die Schriften der Alten, entweder gar nicht, oder doch nur aus Uebersetzungen kennen. Der teutsche Geschmack, der in seiner goldnen Epoche war, wird unvermerkt unter eben dem Schicksal erliegen, wodurch nach Quinctilians Zeugniss (Inst. Orat. VIII, pr.) *der römische einst den tödtlichen Stoss erhielt. Auch wir weichen immer weiter von der Bahn der Natur ab: auch wir werden mit jedem Tage gleichgültiger gegen das unentbehrliche Studium der Alten. Dieses Uebel konnte man als unbedeutend ansehen, so lange es blos Folge von der Unwissenheit eines geringen Theils der Nation war: allein jetzt, da man anfängt, öffentlich stolz zu seyn auf diese Unwissenheit; da man ihr den ehrwürdigen Mantel der Originalität umwerfen will; da man eine Grösse darin sucht, die Alten, weil man sie nicht versteht, auch zu verachten; da nicht mehr blos hier und da ein Schwärmer, sondern das ganze, unübersehbare Heer unsrer Modeschriftsteller dieses verderbliche Lied summt: jetzt müssen die weisesten Männer Teutschlands mit ihrer ganzen Kraft sich gegen den anstürzenden Strom stellen, oder es hängt nahe Barbarei über unsrer Literatur.*

praebuerint, eos omnes habeo rogatos, velint ante omnia id tantum studiose perquirere, an non hic quoque verissimam istam sanctissime equidem custodierim scribendi legem, cujus Aur. Januarius in *Republica Jurisconsultorum* (Lipsiae 1733. 8.) pag. 38. hoc tenore meminit: „Illos, qui virtuti et gloriae sunt mancipati, exceptos et praecipuos habui: eorum vero, qui alio inepte abeunt, neminem singillatim offendo: vitium ipsum carpo et insector. Quis hoc mihi culpae vertat?“ Quod si rite me servasse cognoverint, non habebunt sane, cur me tantopere perstringant.

Additamentorum a me subjectorum rationibus fusius exponendis hic indulgere, supervacaneum omnino mihi videtur. Etenim, Platneri ipsius reliqua quoque scripta aptissimam libelli hujus sui illustrandi materiam praebere debuisse, in aprico sane positum est; ex Ernestianae quidem doctrinae copia cur libri mei exornandi causa quaedam delibaverim, ii omnes, me quoque tacente, intelligant necesse est, quibus, quanti virum istum immortalem equidem faciam, aliunde jamjam innotuerit: denique vero Klotziani nominis famam licet multorum conviciis item atque livore obrutam diu jam perspexerim, nullo tamen pacto id a me impetrare potui, ut idcirco solum genuinos symbolarum quarundam ab eodem auctore profectarum reique meae summopere congruentium lepores operi ipsi detraherem: praesertim quum jam pluribus abhinc annis hoc tuear consilium, opportunitate quadam

rite oblata, quantam Klotzio nostro injuriam posteri intulerint, ex proposito comprobandi.

Jam vero his ita expositis, vix aliud quidquam mihi superest, nisi hoc, ut candido lectorum judicio ingenue me dedam: quod ipsis quidem Jac. Facciolati verbis, in Seminario Patavino quondam pronunciatis, iisdemque *Orationum* ipsius, Lipsiae 1725. 8. typis exscriptarum pag. 281. seq. conspicuis facere mihi liceat, ita omnino pronunciatis: „Si quis a nobis Antalcidas quaerat, utrum sit aliquis tam vecordis animi ac desperati, ut Latini sermonis praestantiam dignitatemque non agnoscat, respondebo, ne litteris quidem sua monstra deesse. Absunt enimvero ab hoc loco: utinam aliquando absint provincia tota; cedant humanitati ac veritati locum; purgent coelum hoc fallaciis; in suas terras, hoc est barbaras, concedant. Interim tamen ne cui nostrum officere possint, si quando conentur huc quoque pestilens virus afflare, ego hodie pro virili industriam omnem operamque adhibebo; non sane, quod sperem, me posse aliquid, sed ut eorum studia commoveam, quos et plurimum posse video, et, ubi opus fuerit, paratos esse ad resistendum, certo scio."

D. Emilius Ferd. Vogel.

Indiculus
contentorum.

Pag.

I. Frid. Platneri defensio pro latinae linguae utilitate in republica litteraria. 1

Cap. I. De praegnante linguae alicujus inter eruditos communis necessitate. 1

Cap. II. De linguarum popularium hodiernarum indole, necessaria idiomatis communis inter eruditos adhibendi requisita neutiquam prae se ferente. . . . 9

Cap. III. De salutaribus linguae Latinae, idiomatis inter eruditos communis loco adhibitae, effectibus. 17

II. Excursus historico-litterarii, expositionem praecedentem dilucidius passim illustrantes. 28

Excursus I. De genuino linguae populorum vincentium apud superatos valore et effectu. 28

Excursus II. De Annalium litterariorum, latino sermone conceptorum, insigni utilitate, ne propter hodiernam quidem studiorum conditionem in dubium vocanda. 33

Excursus III. Quaeritur, quatenus scriptis, in pulchrarum artium atque litterarum materia versantibus sermo vernaculus ipso latino aptior censendus sit? 37

Excursus IV. De eo, quo praecipuus Latinae Linguae in Jure Romano exponendo usus optime forsan defendi possit. 42

Excursus V. De iis, quae in versionibus, scriptores veteres vernaculo sermone exhibentibus, praecipue desideranda videantur. 44

Excursus VI. De illimitato linguae vernaculae in rebus theologicis pertractandis usu, haud raro quidem nocifero. 48

Excursus VII. De vera causa, cur, in apertum eruditionis ipsius detrimentum, tantus compendiorum litterariorum sermone pure latino scriptorum, defectus ubicunque nunc obtineat. 51

Pag.

Excursus VIII. De accurata exegetica fontium juris pertractatione, hodie imprimis enixe desideranda. 56

Excursus IX. De primitiva errorum, a Scholasticis commissorum origine, longeque patente ipsorum per sequentia quoque tempora valore. 67

Excursus X. De genuinis quibusdam mysticismi philosophici atque theologici, fere ubique hodienum conspicui, causis et effectibus. 77

III. Additamenta.

Additamentum I. Chr. Ad. Klotzii prolusio de vera causa, cur hodie quoque latina lingua studiose addiscatur? 94

Additamentum II. Joh. Aug. Ernestii oratio de vera humanitatis disciplina. 105

Additamentum III. Chr. Ad. Klotzii prolusio de populari dicendi genere. 116

Additamentum IV. Chr. Ad. Klotzii oratio de rerum cognitione, a verborum scientia sejungenda. 124

Additamentum V. Frid. Platneri epistola ad Joh. Aug. Bachium pro jure consultis, qui litteras humaniores contemnunt. 128

Additamentum VI. Frid. Platneri oratio pro rabulis. 135

Additamentum VII. Joh. Aug. Ernestii judicium de iis rationibus, secundum quas res philosophicae hodie quoque sermone pure latino pertractari possint. 141

Additamentum VIII. Chr. Ad. Klotzii prolusio de inimica theologorum quorundam in studiis liberalibus dijudicandis acerbitate. 146

FRIDERICI PLATNERI

DEFENSIO PRO LATINAE LINGUAE UTILITATE IN REPUBLICA LITTERARIA.

CAPUT PRIMUM.

De praegnante linguae alicujus inter eruditos communis necessitate.

Quem ad modum mutui auxilii necessitas societatis utilitatem in rebus humanis fere cunctis praecepit, ita et fuerunt, qui haud sine ratione vinculum aliquod arctius omnes litterarum studiosos inter se adstringere eosque quasi in una republica continere putarent. Quoniam vero omnes, qui in aliqua societate vivunt, debent ejus saluti prospicere: ita et, qui litteras tractant et litterariae rei publicae boni cives haberi cupiunt, quam maxime curare debent, ne quid vel scribendo vel dicendo committant, quod saluti publicae obsit. Simul tamen, uti in republica gerenda facilius violentis et apertis malis occurritur, quam occultis et serpentibus, ita et sunt multa litteris perniciosa et pestifera, quae, quod clandestina sunt mala multisque propterea incognita, multo majorem etiam perniciem allatura sunt.

Inter ea mala, quae abscondita sunt, a multisque ignorata, est etiam id, quod videmus hodie multos ab

Inter ea mala — receptique fuere,] Inveteratas illas de procaci rerum novarum studio querelas quoad litterariam quoque rem publicam ponderis aliquid semper habuisse, historiae litterariae peritum neminem fugit. Gravissima vero hujus mali causa in eo forsan posita fuit, quod permagnus eorum, qui ad litteras exco-

iis moribus recedere, qui majorum olim providentia excogitati receptique fuere. Est praesertim magna quaedam ad litteras amplificandas facultas in linguae communis commoditate posita, vi cujus ii, qui aliquid commodi ad rem publicam litterariam afferre velint, sententiam ita dicere possunt, ut omnibus eruditis hominibus accuratum de hac re judicium ferre haud difficulter liceat. Etenim cum litterati, non ut aliarum rerum publicarum cives, in una regione collecti, sed ubique dispersi vivant, neque ex una eademque natione ac gente orti sint, sed ex omnibus fere nationibus naturae voce convocati: facile apparet, tot diversos homines non posse alio vinculo, quam unius linguae commoditate, conjungi. Uti nimirum oratores, si quidem velint ab auditoribus intelligi, talem linguam eloqui debent, quam multis eorum putent cognitam esse, et abstinere ab ea, quam sciant a plerisque ignorari: ita sane ii, qui volunt aliquid ad litterarum commodum scribendo afferre, ea lingua uti debent, quae ab omnibus litterarum studiosis percipi queat. Est vero Latina talis lingua, quae communi fere omnium eruditorum consensu et tot annorum consuetudine doctorum lingua dicitur. Neque id potest cuiquam mirum videri, linguam Latinam eam auctoritatem accepisse, et per tot secula retinuisse, cui litterarum monumenta paululum

---

lendas accessissent, numerus difficillimam hancce provinciam tam incerta ejusdem notitia munitus suscepit, ut subitaneum crescentis laboris taedium diversissimis rebus aliunde petitis compellendum ipsi videretur. Quibus quidem omnibus hoc praeter alia scriptum videtur, quod Mathurinus Simonius, Jurisconsultus Franco-Gallicus, pag. 11 seq. libelli sui *de litteris pereuntibus*, per Hermannum ab Elswich Francof. et Lipsiae 1716. 8. denuo editi, si non elegantibus, verissimis tamen verbis hoc tenore monuit: *Quem ad modum, si speculum ad coelum direxeris, pulcherrimum divinorum spectaculum, et sempiternos illos ignes ostendet; si ad terras, lapides, limum, caliginem hanc, in qua volutamur, nihil denique, nisi quod in hac pigra sede residet: similiter, si litteras tractemus, ut antiquitatis memoriam ad unguem subductam teneamus, ut notitiam rerum et hominum, ut temporum varietatem et fortunae vicissitudines animo comprehensas habeamus, neque solum casus et eventus rerum, sed etiam causas rationesque ediscamus, ut impavidi aerumnias illas omnes, quas vita praebet, eludamus, et ut, eventus saeculorum omnium repetentes, nihil accidere novi atque inusitati, persuadeamur, fructus non minus laetitiae quam conscientiae uberes diuturnosque percipiemus; sin vero ad ostentationem et pompam, quae exiguo temporis momento evanescunt, vel ut nostri sensus ac opinionum simus tenaciores, vel ut nomine magnifico segne otium velemus, nobis ignavi, aliis graves: — in fraudem nostram et ceterorum ludibrium convertentur.* V.

cognita sunt. Postquam enim Romani toti fere terrarum orbi imperare coeperant, et ubique fere Romani erant, ad gubernandas regendasque provincias cum comitum haud exiguo numero missi, vel ut jus dicerent, vel ut bello praeessent: facile se potuit victis populis Latinae linguae usus probare, qui, ut victoribus placerent, eorum lingua utebantur. Neque sola placendi cupiditas iis Latinam linguam commendasse, sed ipsa necessitas eos ad illam discendam adegisse videtur, cum Praesides provinciarum in jure dicundo nulla alia lingua, quam ipsa Romana, uterentur. Deinde, qui vel argentariam, vel alia negotia exercebant, equites erant Romani, qui et aliis cum iis agere volentibus linguae Latinae usum persuaserunt. Quibus rebus cunctis tribuendum esse videtur, quod, quo tempore imperium Romanum in summo flore constitutum erat, pauci invenirentur, qui non eam linguam, tanquam ad vitae commoditatem maxime necessariam, didicissent. Neque poterant ii, qui litterarum studia tractabant, sine summo damno Latinam linguam ignorare. Erat enim praesertim sub Augusti Octaviani imperio apud Romanos non imperii solum, sed et litterarum principatus; praesertim postquam in Graecia litterarum studium vel bellorum motibus, vel ingeniorum paucitate, relaxatum est, saepiusque contigit, ut, mota quadam belli tempestate, litteris tanquam quietis amantissimis perniciosa, litterae possent exules in Italiam tanquam in portum confugere. Ceterum non solum Graecorum libertate a Philippo, Alexandro et ab ipsis Ro-

Postquam enim — utebantur.] Quantum apud populos superatos victorum lingua semper valuerit, recentissima quoque nostrorum temporum fata perabunde probaverunt. Permagna vero horum populorum commutatio cur semper exinde sequi debuerit, *Excursu primo* ideo fusius perquisivimus, quoniam his tantum rite computatis gravissima quaedam historiae universalis cultum humanum exponentis capita juste perspici poterunt. V.

Deinde qui — persuaserunt.] Praeter bella, *commercia* quoque et reliquam, quae Germanis pacis tempore cum Romanis intercessit, vitae consuetudinem Latinae linguae usum in Germania valde promovisse, variis veterum scriptorum de mercatu romano inter Germanos testimoniis aperte omnino demonstratur; e quorum numero Julium Caesarem (de Bello Gall. IV, 2 et 3.) atque Tacitum (Annal. II, 62. nec non de Mor. Germ. 41 et 42.) laudasse sufficiat. Conf. etiam Jac. Burckhardi Commentarii de fatis linguae latinae in Germania, Tom. I. (Hanov. 1713. 8.) pag. 14 seqq. V.

Ceterum non solum — derivatae sunt.] Singularis illa ratio, qua litterae humaniores e Graecia profugae in Italia consedere,

manis oppressa, litteris bellorum et armorum strepitu conturbatis aditus in Italia patuit, in qua domicilio constituto per aliquot secula consederunt, donec eas barbarorum incursiones ad Orientis imperii sedem dejecissent; sed post illa quoque fata, expugnata a Turcis Constantinopoli, profugas litteras iterum Italia recepit, unde quasi ex fonte in omnes Europae regiones derivatae sunt. Quare, cum sempiternum domicilium litterae viderentur in Italia constituisse, mirum non est, illam linguam, quae in ipsa Italia nata erat, saepius fuisse in doctorum hominum scriptis adhibitam; praesertim eo tempore, quo Pontifices coeperant Romae et ecclesiae imperare. Qui, cum ipsi in causis decernendis, in disciplina ecclesiastica ordinanda, in precibus et sacrorum solemnibus praescribendis, linguam Latinam adhiberent, facile eam conservaverunt, etiamsi imperii sedes jam Constantinopolin delata esset. Nam quoniam iis temporibus, quibus nullus fere litterarum amor prae belli strepitu capere homines poterat, nemo litteras discere volebat, nisi unus aut alter

---

ibique ad majorem paulatim auctoritatem ita accrevere, ut ipsum Romanae linguae vestitum solide sibi vindicarent, accuratiori perpensione porro quoque eo dignior videtur, quo pluribus difficultatibus historia ejusdem etiamnum abundat. Conf. tamen, praeter Chr. Fr. Boernerum in libr. sing. *de doctis hominibus Graecis, litterarum Graecarum in Italia instauratoribus*, Lips. 1750. 8., Heerenius in opere egregio, cui titulus: *Geschichte des Studiums der klassischen Litteratur seit dem Wiederaufleben der Wissenschaften*; Tom. I. pag. 229 seqq. Tom. II. pag. 8 seqq. et imprimis pag. 178 seqq., quainde plurium Graecorum de re litteraria occidentali insigniter meritorum elogia diserte exposita leguntur; nec non Buhlius in libro, cui inscribitur: *Geschichte der neuern Philosophie, seit der Epoche der Wiederherstellung der Wissenschaften. Göttingen* 1800. 8. Tom. II. p. 23—86. et p. 451—508. V.

Nam quoniam — retinuerit.] Bene omnino Auctor noster monet, per clericos, solos litterarum tunc temporis cultores, eosdemque cantionibus latinis adsuetos, ipsam latinae linguae auctoritatem praecipue servatam esse; simul tamen hoc quoque facile intelligitur, e singulari illa sermocinationis clericalis indole, a liberali scriptorum classicorum genio et usu plane remota, indelebilem fere corruptionis notam in latinam linguam transire debuisse. Ecclesiasticos quoque scriptores prudentiores distincte hoc perspexisse luculentum Augustini docet exemplum, cap. 14. lib. II. *de Doctrina Christiana* ita quidem loquentis: *Qui in scripturis sanctis quodammodo nutriti educatique sunt, magis alias locutiones mirantur, easque minus latinas putant, quam illas, quas in scripturis didicerunt, neque in latinae linguae auctoribus reperiuntur.* Plura de his doctissima Chr. Cellarii exhibet commentatio *de fatis linguae latinae*, cap. 33—35., p. 483 seqq. Dissertt. ipsius acadd. a Walchio editar. (Lipsiae 1712. 8.) V.

monachus, isque precibus cantionibusque Latinis assuetus, facile causa potest intelligi, cur et iis tam barbaris temporibus Latina lingua suam auctoritatem inter eruditos retinuerit. Neque omittendum, monachos propterea quoque, quod preces cantionesque Latinae essent, cum ea lingua aliquam quasi familiaritatem contraxisse: ita ut deinde, si quid scribere vellent, Latine plerumque scriberent. Erant autem iis temporibus litterae fere eodem modo monachorum patrimonium, uti alio tempore legis actiones Patriciorum apud Romanos erant. Cum vero admodum pauci essent, qui id, quod cantare et precari jussi erant, intelligere vellent, nemo fere recte litteras tractavit: et, quod deessent, qui judicare de litteris recte possent, et, quod parum laudis in litterarum studiis repositum esse videretur. Si tamen quis vellet, quod facile istis inpolitis temporibus fieri poterat, doctus videri, et propterea libros componeret, nulla alia quam Latina utebatur lingua, barbara ea quidem, sed plebi tamen ignota, et ad doctrinae existimationem efficiendam ad-

Neque omittendum — videretur.] De tristissimo illo humaniorum litterarum contemtu, e quo praepollentes monachorum catervae gloriolam quandam studiose sibi tunc vindicarunt, multa bene monuit Adamus Rechenberg, in disputatione *de ineptiis Clericorum Romanensium litterariis*, Lips. 1690. 4.; quae ipsius *Exercitationum* Vol. II. a. 1715 edito pag. 543 seqq. inserta legitur. Longe tamen plura de hac re suppeditat Joh. Nic. Funccius in comment. *de inerti et decrepita linguae latinae senectute*, Lemgov. 1750. 4. pag. 229 seqq. Quorum quidem scriptorum effata quam bene sese habeant, concordantia coaetaneorum auctorum testimonia abunde omnino demonstrant; e quibus ad Claudianum Mamertum, Episcopum Viennensem, provocasse sufficiat, Sapaudo rhetori circa an. 460. p. Ch. ita scribentem: *Video os Romanum non modo negligentiae, sed pudori esse Romanis; grammaticam uti quandam barbaram artem barbarismi et soloecismi pugno et calce propelli; dialecticam tanquam Amazonem stricto depertaturam gladio formidari; rhetoricam ac si grandem dominam in angusto non recipi, musicem vero et geometricam atque arithmeticam tres quasi Furias despui: post hinc philosophiam aeque uti quoddam ominosum bestiale numerari. Sed haec in laudem tuam suggesta sunt; quia, si multi quorum tu es studiorum forent, futurus eras scilicet, etsi non omnium potior, unus ex multis. Hinc vero, procul injuria, ceterorum penes Galliam nostram professionis tuae par unus et solus es. Unum illud procul ambiguo dixerim, nostro saeculo non ingenia deesse, sed studia. Quorum egomet studiorum quasi quandam mortem flebili velut epitaphio tumularem, nisi tu te eadem venerabili professione, laudabili solertia, acri ingenio, profluente eloquio resuscitavisses.* (Vid. Steph. Baluzii Miscellanea, ed. Mansi (Venet. 1750. 4.) T. III. p. 27.) Ceteroquin nonnulla huc quoque spectantia *Excursus nonus* infra adjectus suppeditabit. V.

modum utili. In conditas postea Academias Clerici, qui Professores constituebantur, Latinam linguam attulerunt, quorum exemplo omnes in Academiis Professores Latine litteras docere jussi sunt. Quod uti olim sapientissime institutum est, ita et mirum non est, plerisque Academiis praefectos eandem salutarem legem conservasse, eandemque forte neglectam in usum revocasse; idemque nuper etiam in hac Lipsiensi Academia factum laetamur.

Quoniam vero ex iis, quae hactenus a nobis dicta sunt, facile apparet, summam omni tempore apud eruditos homines Latinae linguae auctoritatem fuisse, jam id nobis agendum est, ut, quam nunc nostris temporibus habeat et auctoritatem, et utilitatem, ostendamus. Facile vero praesentiscimus, haud paucos futuros esse, qui propter ingentem linguae vernaculae amorem, quem a piis matribus acceperunt, celeriter nobis acclamaturi sint: „Eheu bone Deus! quaenam sunt causae, propter quas contemni patria lingua, extolli Latina debeat?“ „Non „negamus,“ inquient hi, „magnam olim facultatem Roma„norum linguam obtinuisse; sed illis temporibus, quibus

---

Quod uti — factum laetamur.] Quibuscunque prudentioribus historiae litterariae perscrutatoribus hoc quidem innotuerit necesse est, iis ipsis temporibus, per quae perpetuae grammaticorum item atque oratorum doctissimorum curae in Latinae linguae idiomate perpoliendo, excolendo et conservando unice fere positae essent, hanc solam quoque linguam litteris docendis aptam satis et accommodatam fuisse: serius autem, postquam de vernaculo sermone nostro expurgando et limando tot tantique viri felicissime profecto meruerunt, hunc ipsum itidem satis dignum fuisse, quo res litterariae vel in academicos usus publice pertractarentur. Quum vero plane jamjam obsoluerit praeceptum illud, ab Auctore nostro supra commemoratum, vi cujus in hac Lipsiensi etiam Academia ante hos ipsos octoginta annos omnes Professores *latine* litteras docere jussi sunt: quippe quod ea utilitate, quae tunc temporis stricte ipsi denegari non potuit, ob dilucidum curarum illarum effectum aperte paulatim destitueretur: sinceris humanioris disciplinae defensoribus omnibus eo intentius id curandum erit, ut aliquis tamen publicus Latinae linguae in rebus litterariis pertractandis usus non conservetur solum, sed praesenti etiam ipsarum conditioni prudenter adaptetur. Valida ergo, quibus hoc efficiatur, petenda erunt remedia: in quorum numero duo illa principatum mereri nobis videntur, in justiore magisque circumspecto Latinae linguae studio pariter atque in mascula librorum severiores litteras spectantium censura, latino idiomate exhibenda, apprime versantia; quibus accuratius explicandis ita quidem animum appulimus, ut de altero Klotzium, summum quondam Academiae Halensis decus, eundemque acutissimum hujus praecipue rei censorem, in *Additamentis* nostris loquentem induceremus, alterius vero gratia, in *Excursu secundo* ipsi verba quaedam faceremus. V.

„Romani toti terrarum orbi imperabant, quibus tota Eu„ropa se Pontificum voluntati submittebat. Nunc istis „rebus omnibus immutatis, alio jure utimur, et ista pri„stinae servitutis signa in linguae usu expressa, amplius „non sunt populo libero ferenda." Maxime speciosa est, non diffiteor, vestra oratio, ut facile fallere incautos possit; sed vereor, ut vera sit. Hoc sane qui ita disseritis, mihi facile concedetis, inter eruditos homines debere aliquod commercium, simile fere ipsi mercaturae esse. Etenim, uti mercatura eo inventa est, ut ea, quibus careamus, ejus ministerio accipiamus, ea vero, quibus nosmet ipsi abundamus, aliorum usui reddamus, ita et eruditi homines non debent proprio ingenio contenti languescere, aut sui tantum populi proventibus frui, sed exteris quoque fructibus uti. Mercatores vero, quem ad modum omnia possunt auri argentique usu omnibus fere gentibus probato, accipere; ita et aliquid esse debet, cujus usu ac ministerio omnes litterarum proventus possint cum eruditis hominibus communicari: sublato enim commercio litterario ipsae litterae facile omnes conciderent, corporique tabe confecto alimenta spernenti similes, interiturae essent. Sunt procul dubio multa, quae nos Gallorum, Italorum, Anglorum, Belgarumque ingeniis debemus; sed totidem fere sunt, quae isti Germanis accepta referunt: quae sane omnia, vel tam cito ad nos non pervenissent, vel cum iis non fuissent communicata, nisi superioribus seculis omnes fere eruditi homines, ad continuum linguae Latinae usum tanquam lege proposita sese accommodassent. Etenim, cum multi litterati homines ac maxime ingeniosi a linguarum discendarum taedio

---

Etenim cum — collocare.] Vix prudentior quisquam flocci tantum hoc censebit, et multorum ingenia a variarum linguarum studio valde abhorrere, et eo ipso temporis spatio, quod in his addiscendis consumendum esset, alia omnino, eaque saluti publicae longe acceptiora negotia expediri posse: praesertim quum aperto historiae litterariae testimonio illud quoque affatim probetur, tunc potissimum, si vilioris ingenii homines ad inconsultum plurium linguarum examen ita propellerentur, ut imaginariis lucubrationum suarum deliriis indulgere, quam cujuslibet aevi gesta perquirere mallent, plus profecto damni semper, quam commodi exinde redundasse. Quod quoniam paucissimos tantum juste cognitum tenere scivimus, ipsis statim Klotzii, viri ingeniosissimi et acutissimi, verbis, ex facunda ejusdem *de linguarum plurium cognitione inani* oratione depromtis, summam rei accuratius depingamus. Qui quidem: *Admiror ego*, inquit, *viros illos clarissimos, quos tam pertinaci ardore in linguis addiscendis versatos fuisse constat, ut paucis admodum imitationis spem relin-*

abhorreant, adeoque, quo minus libros aliarum linguarum legere possint, impediantur, hos ex talibus libris nullam plane utilitatem percepturos esse appareat; deinde, etiamsi sint, qui discendis linguis tempus operamque concedere velint, nonne ii possent id tempus, quod linguis discendis consumunt, utilius in bonis libris legendis et rebus aliis inquirendis collocare? Et quis tandem est tam rudis, quin sciat, in omni fere litterarum genere principes Latine scripsisse? ac eos, qui latine scripserunt, propter eam ipsam linguae commendationem, facilius nominis aliquam celebritatem obtinuisse, et libros eorum aetatem tulisse? ideoque a majoribus nostris sapientissime institutum esse, ut pueri, ante quam solidioris doctrinae elementa perciperent, lingua Graeca et Latina sibi ad

---

querent. Non nego, qui linguas plurimas teneat, eum instrumenta quoque in manibus habere plura doctrinae multiplicis: tenere illum quasi claves, quibus tot populorum thesauros reserare possit. At ego iisdem manuum eam puritatem adesse cupio, ut clavibus istis scite utantur: id est, non contentos nos esse volo mera verborum copia, quae inanis est et vana, sed ipsum linguarum ingenium cognoscere atque petere e variis terris et quasi congerere, quae, cui illustrandae nostram operam addiximus, doctrinae inserviant. Nolo extingui bene scribendi facultatem plurium linguarum studio. Una quasi in regione quisque habitet, unam linguam ita cognitam habeat, ut elegantias ejus teneat et in loquendo scribendoque exprimat. Non tam irascor nostrae aetati, quam doleo potius durius nostrorum temporum fatum, quo ad reliquas certe linguas addiscendas ita impellimur, ut, nisi rerum utilium non paucarum scientia carere velimus, nisi ignorare multa aequo animo cupias, quae apud alios aguntur et scribuntur, praeter Latinum et Graecum, Franco-Gallicum et Anglicum sermonem negligere nefas sit. Denique in universo plurium linguarum studio certum quemque consilium spectare jubeo. Potest aliquis cum laude magna egregium inter viros ingeniosos locum tueri, cui unius tantum linguae facultas suppetat. Qui mentis viribus excitatur poëta, licet lectione aliorum poëtarum alere ingenium et fovere possit, tamen carebit non invitus hac scientia. Immo forte eo magis suus quasi erit, nihil peregrini redolebit, non alienum unquam spiritum praeferet. Neque aliter judicandum esse censeo de oratore, non illo nostro, cujus vox in templis atque scholis tantum auditur, sed qualem Britannia de patriae salute verba facientem audit. Contra res aliter se habet, si ante oculos nobis ponimus eos, quorum sine historica eruditione, sine variarum atque peregrinarum rerum scientia, nullae partes esse possunt. Quid? quod quam maxime optabile est, esse viros doctos, qui in hoc linguarum studio unice laborent, qui comparent inter se varias linguas, origines earum indagent, similitudinem, quae inter aliquot intercedat, observent, atque hinc ipsam populorum originem et antiquissimam gentium memoriam illustrent. (Vid. Chr. Ad. Klotzii Opuscula philologica et oratoria, ed. Mangelsdorf. Halae 1772. 8. No. VIII. pag. 162 seqq.)

omnes litterarum fontes aditum aperirent; cum probe usu et experientia didicissent, neminem bonum historicum fieri posse, quin Herodotum, Thucydidem, Livium, Sallustium, Tacitum, hisque propemodum similes legere possit; neminem Poetae nomen obtinere posse, quin Homeri, Hesiodi, Horatii, Virgilii Ovidiique disciplina uti possit; neminem oratorem gravem ac disertum futurum esse, quin a Demosthene, Cicerone et, qui utriusque praecepta collegit, Quinctiliano profecisset? Quare cum optima nobis exempla per eos proposita sint, qui, cum iis linguis uterentur, tantam nominis celebritatem consecuti sunt, juvenum animi linguae praesertim Latinae studio ad alias doctrinae solidioris partes percipiendas praeparari debent.

CAPUT SECUNDUM.

De linguarum popularium hodiernarum indole, necessaria idiomatis communis inter eruditos adhibendi requisita neutiquam prae se ferente.

Erunt forte, qui dicant: „Bene se habent omnia; „non repugnamus, discenda est lingua Latina, sed id „tuis argumentis nunquam efficies, ut intelligamus, eam „linguam scribere volentibus adhibendam, atque doctis „hominibus magis commodam futuram esse." Respondendum vobis est, et, quod laetor, facile vobis responderi potest. Primo, o viri boni, qui patriarum linguarum utilitatem tam fortiter defenditis, hoc velim vos scire, me non eum esse, qui cunctos libros velim e tabernis librariis ejicere, qui Latine scripti non sint. O bone Deus, quam ego ab ista vesania abhorreo; ille ego, qui ipse,

---

Quare cum — praeparari debent.] Ipsum quidem latinae linguae studium liberalioris notae juvenibus eo industrius commendandum videtur, quo certius inter omnes constat, universam illam humaniorum litterarum disciplinam, sine qua vera solidioris doctrinae indoles a nemine percipitur, ex ingenuis ipsius fontibus non nisi a viris latinae linguae peritissimis juste unquam haustam esse: quippe quibus solis ad hosce fontes, latina lingua maximopere conceptos, felix patuit aditus. De qua re quum nemo sane ipso Ernestio nostro peritius loqui potuerit, praeclaram ejusdem de *humanitatis disciplina* orationem in hoc quoque themate exponendo gnaviter versantem *Additamentis* nostris lubenter inseruimus. V.

nunquam recte latine intelligunt, usum praecipiunt, melius faciunt quando germanice scribant, ne male intellectis libris Latinis hominum vitas in periculum deducant. .... Sed sunt alia, quae ad arcem litterarum pertinent, quae nisi latine scribantur, imperfecta et manca sint. Sic, qui sive sub Sinceri sive Junckeri aut alio quodam

esse, si vernacula tantum lingua vestitae in publicum processerint: ex altera tamen parte id quoque inter omnes constat, ab infinita fere libellorum illorum multitudine, quibus plurima rei medicae popularis capita vernaculo sermone hodie pertractata videmus, aliam quandam eandemque haud inferiorem noxam saluti publicae eatenus illatam esse, quatenus cujusvis generis hominibus ab omni discernendi peritia plane remotis hac ratione aditus ad inconsultum artis medicae exercitium temere profecto patuit. Valde revera dubitamus, an non speciosa ea, qua libellorum illorum auctores tantopere gloriabantur, utilitas hocce perspicuo ipsorum detrimento longe fuerit superata. V.

Sic qui sive — explicentur.] Ingenue fateamur necesse est, nos quoque ipsos notulas illas vernaculas, pluribus scriptorum antiquorum editionibus etiamnum copiose adspersas, nociferas potius quam salutares judicare. Nolumus quidem inficias ire, pellucidius ita quaedam exponi posse; valde tamen veremur, ne editores huic soli perspicuitati nimis intenter indulgentes a verissimo laborum suorum fine longe abducantur; id quod cum multis viris doctis, tum Car. Henr. Sintenis jam ante ita visum est, in programmate singulari *de germanica scriptorum classicorum interpretatione noxia magis, quam frugifera*, Lips. 1782. 4.; causam nostram gnaviter agenti. Haud contemnenda hoc loco ea judicamus, quae de axiomate paedagogico, quoscunque nodos difficiliores e puerorum palaestra sedulo removente, eodemque a Basedovio praesertim ejusque asseclis studiose affectato, peropportune monuit Ernestus Brandesius, conjunctissimus ille Heynii, viri immortalis, amicus, dum pag. 46 seq. libri sui lectu dignissimi, cui titulus: *Betrachtungen über den Zeitgeist in Deutschland in den letzten Decennien des vorigen Jahrhunderts*, *Hannover* 1808. 8., ita loquitur: *Jener höchst schädliche Grundsatz der Basedovschen Schule, den Kindern nichts zu lehren, nichts mitzutheilen, als was sie völlig begreiffen, zeugte von gänzlicher Unkunde der menschlichen Natur. Längst hatte man es gewusst, dass dunkle Vorstellungen den tiefsten Eindruck machten; allein hier vergass man es. Zwar mit grosser Verschiedenheit, nach den ursprünglichen Anlagen, aber doch sichtbar genug lässt es sich überall wahrnehmen, welchen grossen Eindruck das Vortreffliche, wenn schon bei weitem nicht ganz verstanden, macht; welche Funken z. B. ein Montesquieu in der Seele eines Jünglings entzündet, die kein seinen Fähigkeiten ganz angemessener Schriftsteller je hervorbringen dürfte. Sich zu dem Kindlichen ganz herabzulassen, bildet kindische Menschen.* Distincte tamen persuasum nobis habemus, complures nostri temporis paedagogos ad errorem illum amplectendum ideo tantum permotos esse, quia, artem criticam in mero verborum aucupio positam censentes, quam varium eruditionis genus ea ipsa contineri debeat, penitus omnino ignorarunt. Quorum in gratiam ea adjiciamus, quae apud Klotzium,

venerando nomine Latinos auctores aggressi sunt germanicis notulis illustrare, rem pestiferam et perniciosam excogitaverunt. Primo, istis notulis abduxerunt pueros a lectionis utilitate, quae ad verba intelligenda et usus varietatem agnoscendam maxime facit. Etenim putant pueri, se jam satis phrases et formulas percepisse, si cognoverint, qualem sententiam huic vel illi veteris auctoris loco inesse criticellus ejusmodi dixerit. Deinde, illae ipsae animadversiones tam plerumque ineptae sunt, ut ad antiquitatum cognitionem, non solum non prosint, sed ei cognitioni tam graviter profecto noceant, ut adeo tales libri non tradendi pueris, sed ex eorum manibus extorquendi sint, iisque potius Graevii, Gronovii, Spanhemii, Perizonii, Cortii, Burmanni, Haverkampi, Oudendorpii, Drackenborghii, Gesneri, Ernestiique veterum auctorum editiones commendandae sint. Nam id quidem manifeste

---

acutissimum illum artis criticae propugnatorem, in libello *de felici audacia Horatii* (pag. 115. Opusculor. varij argum. [Altenburgi 1766. 8.]) hoc tenore leguntur: *Duae sunt artis criticae partes, quae quidem in omni antiquitatis genere valent. Altera, subtilior illa, et quae plus laboris, quam ostentationis habet, in verbis constituendis atque veritate locorum confirmanda versatur: altera, nescio an nobilior illa, certe jucundior, ipsam poëtarum artem examinat, de ingenio scriptoris judicat, venustatem et elegantiam carminis explicat, sententias, figuras et verba ad leges veri et recti judicii exigit. Haec est illa ars, quae magis a natura donatur, quam doctrina et diligentia acquiritur, sed quae polienda tamen est et conformanda doctrina et praeceptis; quam in multis, etsi hi altera illa bene instructi sint, desideramus; quae sensum pulchri et venusti acuit, quaeque ab omnibus melioris notae censoribus merito laudatur et commendatur.* Plura eaque verissima de hoc eodem argumento Klotzius monuit in libello suo lepidissimo *de minutiarum studio et rixandi libidine grammaticorum quorundam*, Jenae 1761. 8. Ceterum iis quoque multum lucis huic materiae allatum arbitramur, quae jam dudum Jacobus Facciolatus de *lingua latina, non ex Grammaticorum libris comparanda* (in Oratt. Lipsiae 1725. 8. edit. pag. 1—18., Harlesius de *pedantismo philologico* (in Opuscc. Halae 1773. 8. edit. pag. 1—67.) atque Krebsius de *finibus Grammatici regundis*, (in Opuscc. acadd. Lips. 1778. 8. divulg. pag. 188—208.) nec non nuper quoque b. Tittmannus, quem humaniores disciplinae omnes jamjam sibi ereptum lugent, in epistola ad Beckium *de mutationibus litterarum hoc spectante, adjuvante, ornante factis*, Lips. 1829. 4. (pag. praesertim 25—27.) docte item ac facete disputarunt. Ex altera vero parte neque hoc praetermittendum censemus, optimum scriptorum effectum ab ipsa verborum eligendorum accuratione non minus, quam a sententiarum ferendarum splendore semper sane pependisse: id quod distincte prae reliquis docuit Klotzius, in praestantissima oratione sua *de rerum cognitione a verborum scientia sejungenda*, ipsis *Additamentis* nostris integre inserta. V.

apparet, eos auctores, qui merito suo classici vocantur, non posse breviter et dilucide illustrari, nisi Latine explicentur.

Deinde, eodem modo ii insanire videntur, qui hodie volunt jura Romana theotisce tradere. Etenim, illud institutum iis solummodo forte probari posse videtur, qui jurisprudentiam in causarum agendarum sola facultate constituant, et qui propterea nihil aliud, quam quod in foro aliquam utilitatem habet, discere cupiant: qui, si jura etiam Romana theotisce traderentur, se possent commode a linguae latinae discendae taedio liberare! Talibus sine dubio illud consilium debetur, quod a quibusdam fuit ante ducentos circiter annos de versione Theotisca Justiniani juris susceptum; vanum illud quidem et ab istis facile relictum, eorumque impotentia non minus, quam propria quadam difficultate, irritum. Sed hi fere sunt, qui hodie adhuc solent iis maledicere, qui litterarum quadam et ingenii facultate instructi ad causas orandas accedunt. Etenim cum ipsi, illas novas cautiones, quae fori consultis scitu sunt maxime necessariae, eodem, quo Appii olim scriba legum actiones modo, id est, describendo e Volkmanno, aut Haymio, aut Bergero, cognoverint, nullamque tam juris naturalis, quam ipsius hodierni sciant rationem, facile ad insitas rediguntur, si talem adversarium habeant, qui cum iis de vera legum sententia, aut, quam quidam magis jactant, de juris totius analogia disputare possit. Quod cum fit, ad

---

Deinde eodem modo — liberare.] Juste severius Auctorem nostrum de iis hoc loco judicasse, qui vernaculo sermone jus Romanum exponentes, nostris moribus ejus indolem strictius accommodare studuerunt, in promtu est: nihilominus tamen id aperte confiteri nos oportet, varia incommoda ex nimio latinitatis odio a pluribus magni nominis jureconsultis pertinacius quam prudentius hodie conservato tam largiter promanasse, ut malo huic magis in dies accrescenti opportuna medela instanter apprecanda sit. Quare plura de hac materia *Excursu quarto* proferre, haud incongruum censuimus. V.

Talibus sine dubio — irritum.] Nos quoque ipsos omne Juris Justiniani in vernaculum sermonem transferendi consilium verae jurisprudentiae nociferum potius, quam salutare censere, nolumus profecto inficias ire; licet hoc lubenter largiamur, omnes eos, quorum strenua dexteritas difficillimo huic operi expediendo indefessam operam praestiterit, permultum bonae frugis justaeque laetitiae exinde percepturos esse. Ceterum haud aliena a nostro consilio ea apparitura speramus, quae de genuinis desideriis versionum, scriptores veteres vernaculo sermone exhibentium intuitu fovendis *Excursu quinto* libere quidem disputavimus. V.

Quod cum — laborent.] Ipse quidem Auctor noster pro juris-

impudentiae suae dotes confugiunt, et quae non intelligere aut capere possunt, ea, inanes nugas, verborumque venationes vocant, iisque, si quae alia ipsos inscitia docuit, convicia imponunt. Facile enim tunc vident, quam insulsam ipsi cramben apponant, et quanta inscitia laborent. Nam id nemo sanus eorum, qui causarum patroni, aut barbaro vocabulo *juris practici* vocantur, negabit, vix quempiam in foro aliquid efficere posse, nisi antea eas litteras didicerit, e quibus leges tam ipsae, quam ratio earum, usus, origo, historiaque illustratur. Quicunque ita tantummodo, describendi quadam consuetudine et usu, juris hodierni formulas didicerunt, semper sane ut talpae in plena luce caecutiunt, et ubique haerent, quando aliquid vel ex historia, vel e legum interpretatione deducendum est. Quod quidem fit propterea, quod putent linguam Latinam ejusque studium iis tantummodo relinquendum esse, qui jura docere in Academiis velint: aliis eam linguam, vel plane nullam, vel tam exiguam utilitatem praestare, ut operae pretium vix esse videatur, ipsam curatius cognoscere, atque tempus talibus criticis nugis, — ita enim isti sapientissimi viri ea recondita litterarum studia vocant, — perdere. Quare, qui recte volunt jura Romana, quae in patriorum locum successere, percipere, caveant, ne ad Themidos sacra profani accedant; sed praeparatis linguae Latinae diligenti studio animis adeant; ne ad rabularum, quos Cicero cruda studia in forum propellere ait, vesanam gregem pertinere videantur.

---

consultis, qui litteras humaniores contemnunt, epistolam lepidissimae dissimulationis plenam ad illustrem Bachium olim perscripsit; cui inter *Additamenta* nostra rite collocatae neque hodie laetissimos lectores defuturos judicamus. V.

Nam id nemo — illustratur.] Revera juvenibus ad praxin juridicam ingenium suum aliquando applicaturis strictissime hoc semper inculcandum erit, hanc ipsam splendidam vitae civilis provinciam eos tantum rite administraturos esse, qui expeditam omnino ac multo studio corroboratam integrae jurisprudentiae notitiam in tam difficilem palaestram provide transtulerint. Siquidem quum experientiam permultum semper ibi valuisse homines quidam procaciores pellucide cognoverint, eo usque audaciae statim processerunt, ut stultis vociferationibus unicam eandem veram hisce in rebus magistram esse debere imperitae juventuti persuaderent: quod quo felicius, proh dolor! successit, eo graviori nota pungendum videtur. V.

Quare qui — videantur.] Quam insignibus salis Atticae suae condimentis miras ipsorum rabularum virtutes Auctor noster antehac ornaverit, ex ejusdem *oratione pro rabulis*, Epistolae ipsius modo laudatae perquam confini, eaque *Additamentis* nostris itidem inserta, affatim sane perspicietur. V.

Neque vero, qui doctrinam sacram hodie istis communibus linguis explicant, sapientiora consilia cepisse videntur. Valde enim periculosum est, res subtiles, et quae ab iis tantum percipi possunt, qui interiorem Theologiae rationem cognoverunt, linguis vulgaribus tradere, ita ut et ab imperitis et incautis hominibus legi possint; quippe qui interdum usque eo audacia sua procedunt, ut, quae difficilia sint doctissimis Theologis, ea se sola ingenii vanitate percipere posse putent: id quod superiori tempore et nostra adeo aetate plerorumque opificum dementia comprobavit.

Deinde artis salutaris praecepta tradentes et medendi viam aperientes, prudenter ab istis popularibus linguis abstinent, cum iis ipsis feminarum et qui has temeritate longe superant, Empiricorum et Circumforaneorum audaciae colores subministrent, quibus suam inscitiam pingere possint. Etenim ejus generis hominibus cum maximo hominum multorum damno ad medendum accedentibus, solemne est, ut sibi e libris quibusdam vernacula lingua scriptis aliquot flosculos excerpant, quorum frequenti usu, et innumera repetitione sibi apud plebem aliquam haud mediocris doctrinae existimationem efficiunt. Quod facere non possent, nisi multa, quae de arte medendi proposita sunt, suis popularibus linguis continerentur; incauto sane scriptorum consilio: cum feminarum et Empiricorum audacia non augeri sed minui debeat. Cum vero omnes, qui libros scribunt, velint videri utilitatis publicae causa scripsisse, ii sane deberent maxime publici imprimis damni timore moveri, et propterea a tali lingua abstinere, qua hominum temeritati stimuli adduntur. Quod cum popularium linguarum usu fieri breviter ostenderimus, istas quidem linguas plerisque litterarum generibus non solum non utiles, sed perniciosas adeo esse, apparet.

Neque vero — comprobavit.] Eo convenientius putavimus, de certaminibus theologicis latina tantum lingua pertractandis qualemcunque sententiam nostram *Excursu sexto* stricte exhibere, quo saepius atque audacius ejuscemodi lites in quorumcunque hominum conspectu hodie ineuntur. V.

Deinde artis salutaris — stimuli adduntur.] Vide, quae supra pag. 11. hac de re monuimus. V.

CAPUT TERTIUM.

De salutaribus linguae Latinae, idiomatis inter eruditos communis loco adhibitae, effectibus.

Jam duabus actionibus pro linguae Latinae diximus utilitate: aegre forte id ipsum ferentibus iis, qui, hujus linguae ignari, eam vatiniano odio prosequuntur, probantibus tamen, quod nobis gratissimum fuit, probis et doctis viris,

quibus arte benigna
Et meliore luto finxit praecordia Titan.

Quoniam autem in hac linguae Latinae defensione hunc ordinem secuti sumus, ut primo alicujus communis inter eruditos linguae necessitatem ostenderemus, deinde vero alias populares linguas id efficere non posse confirmaremus; nunc restat iste locus, in quo aliquot argumentis apud lectores nostros efficiamus, ut intelligant, solam Latinam linguam talem esse, quae communis inter eruditos esse, haberique jure quodam possit. Ante vero quam id fieri recte poterit, video maxime communem errorem e plerorumque animis esse eripiendum, qui si aliquot Latinis verbis iisdemque litterarum figuris utantur, quibus olim Latinos usos esse sciant, se putent Latine scribere: cum tamen verba neque accommodato loco adhibeant, neque justo ordine disponant, neque ex grammaticis regulis inter se conjungant. Qui, cum ipsi pervideant, quam longe a veterum scriptorum elegantia remoti sint, ne tamen errorem suum confiteantur, quare hanc linguam tam misere detorqueant, excusationum innumeras causas undecunque conquirunt. Primo dicunt, se ex instituto melius et purius scribere nolle propterea, quod hoc suo dicendi genere idem consequantur, quod purissimo alii. „Hoc," ajunt, „sufficit, si ita scribamus, „ut percipi res nostrae intelligique planissime possint; „atque id melius fit hac nostra ratione, quam si qui ita „omnino omnia volunt ad severioris Grammatices prae„cepta et antiquorum scriptorum consuetudinem exigere. „Etenim pauci sunt, qui recte sciant et veterum aucto„rum longo usu didicerint, quae verbi cujusque sententia „sit, quo in loco et quibus modis recte adhibeatur. At„qui si quis tam curiosus in scribendo est, ii pauci forte „eum intelligent, multi ejus obscuritatem aut nimium „antiquitatis studium accusabunt." E qua opinione tot

compendia, uti vulgo vocantur, et alii libri processerunt, in quibus non Latina lingua, sed peculiaris quaedam auctoris, latinis litterarum figuris expressa, reperitur. Ii vero non vident, hoc, quod a Grammaticorum regulis recedunt, insignem aliquam ambiguitatem inducere necessitatemque imponere iis, qui tales libros legere velint: novam scilicet linguam scriptoris discendi. Possem ejus rei innumera exempla afferre, quam misere depravata sint pleraque antiquissimae et aureae aetatis verba, quam inepte nova et inaudita nomina excogitata sint, nisi vererer, ne haec commemoratio forte taedium allatura sit iis, quibus haec omnino non placent. Id tamen manifestum est, eam dicendi scribendique levitatem ambiguitatemque nunquam eventuram fuisse, si, qui aliquid scripsissent, antiquos secuti essent: cum in iis ipsis nomina rebus fere omnibus aptissima invenire facile potuissent. Nam existimandum est, in antiquis istis optimisque scriptoribus pleraque nomina contineri, quae multi putent in iis frustra quaeri. Siquidem habemus non solum Poëtas, Rhetores, Historicosque Latinos, sed et Philosophos, Medicos, Mathematicos et Jureconsultos, e quibus ratio has artes tradendi disci planissime posset. De Philosophia quidem, quem ad modum ea debeat Latine tradi, prae-

---

Nam existimandum — posset.] Non est profecto, quod justo acerbius loqui vereamur, si plurimos eorum, qui linguam Latinam puriorem nostri temporis usibus plane insufficientem dixerunt, perspicuae antiquarum litterarum ignorantiae statim accusaverimus. Revera enim illiberali illo multorum eruditorum desidio, continuam diversissimi generis scriptorum lectionem acriter respuente, praecipue effectum est, ut, de purioris latinitatis exercitio, in compendiis scribendis rite sibi vindicando, misere desperantes, acceptius illud vernaculi sermonis obsequium eatenus defendere conarentur, quatenus Latinam linguam nimia verborum desiderandorum inopia depressam vociferarent. Res ipsa vero quo magis id effecisse nobis visa est, ut compendiis sermone pure Latino scriptis plane hodienum destitueremur, eo dignior etiam apparuit, quae hujus praecipue effectus causa *Excursui septimo* nostro peculiarem afferret exponendi materiam. V.

De Philosophia quidem — possent.] Optimo jure auctor noster ad praeclarum Ernestii exemplum provocavit, dum de iis dicturus esset, qui res nostri aevi philosophicas pereleganti latinitatis decore ornare consueverint: quicunque enim ab hujus rei peritia non plane destituuntur, in verissimo conveniunt Gesneri judicio, ipsa illa *solidioris doctrinae initia* Ernestiana aureum opusculum praedicante, quod iis ediscendum sit, qui philosophiae veteri et novae ita operam dare velint, ut a Latini sermonis puritate et naturali pulchritudine non recedant. (Vid. Jo. Matth. Gesneri praef. ad Jo. Vorstii libr. de latinitate selecta et vulgo

clarum exemplum proposuit Ernestius, Vir Celeberrimus, in doctrinae solidioris initiis. E quo elegantissimo libro isti philosophi, qui barbaram linguam philosophum decere, et barbare omnino philosophandum esse putent, facile errorem suum agnoscere possent. Atque similiter Medici quidam, inter quos scio beatum Parentem meum fuisse, et plerosque hujus Academiae adhuc esse, elaborarunt, ut ea verba, quibus ad artem tradendam opus esset, vel e majore Plinio, vel e Celso ac ipso Cicerone repeterent. Sic Jureconsulti, si eam latinitatem retinerent, quae in Digestorum libris legitur, commodius sane discipulos suos ad intelligenda veterum Jureconsultorum fragmenta perducerent, quam si latinitatem Carpzovii, Finkelthusii, Schwendendoerferi, in foro quidem utilium scriptorum, sed parum Latinorum, sequerentur. Nam ut de Jureconsultis praesertim dicam, quis unquam ista com-

---

fere neglecta, Berol. 1788. 8. pag. VI.) Quare nulli dubitavimus, quin rationes illas, quas Ernestius hac in re sequendas censuit, ipsis ejusdem verbis fideliter exhibitas inter *Additamenta* nostra referremus. V.

Atque similiter — repeterent.] Quanta scribendi elegantia Zacharias Platnerus, Auctoris nostri Pater celeberrimus, inter coaevos olim eminuerit, varia ipsius scripta tam perspicue, demonstrant, ut vix existere posse videantur, qui acuto Ernestii de hac re judicio, pag. 288. et 294. Opuscc. oratt. (Lugd. Batav. 1762. 8.) pronunciato, lubenter non sint accessuri. Primariam vero hujus elegantiae causam exinde repetendam putamus, quod Platnerus, teste Ernestio l. c., cum ipse libenter horas subsecivas veteribus omnis generis scriptoribus consumsit, tum eorum imprimis amicitia et consuetudine delectatus est, quos sciret in his litteris maxime esse versatos. Neque egregio ipsius exemplo optimus effectus defuit: constat enim inter omnes, non solum Filium ejusdem natu minorem Ernestum Platnerum, artis medicae item atque philosophiae suae fama insignem, scribendi quoque elegantiis Latino sermone proditis ubicunque nituisse, verum etiam quam plurimos Academiae nostrae medicos ab illo inde temporis momento ob solidum humaniorum litterarum amorem per totam Germaniam juste celebratos esse, et etiamnum celebrari. Quare hoc tantum nobis superesse videtur, ut hanc ipsam gloriam in posterum quoque rite servatam cupiamus. V.

Sic Jureconsulti — fuerint.] Opportune profecto iis omnibus, qui hodie Themidos castra sequuntur, insignia Jurisconsultorum Romanorum exempla scribendo amplectenda commendantur; quum vel nostris temporibus paucissimi tantum bene intellexerint, quomodo justum studium in illis imitandis recte collocetur; quorum tamen in exiguo numero beatus Bienerus, Vir Egregius, principatum facile tenet: quippe cujus pleraque scripta veram Romani habitus indolem tam insigniter exhibent, ut eadem industrius legens Papinianum quidem vel Paulum reduces factos audire arbitreris. V.

munia Digestorum uti vocantur compendia perlegit, quae a Lauterbachii tempore Germaniam nostram inundarunt, quin statim intellexerit plerosque eorum Auctores neque Digesta recte cognovisse, neque verba Digestorum retinere voluisse, sed data opera alia substituisse, vel parum idonea, vel talia saltem, quae veteribus Jureconsultis ignota fuerint.

„Atqui," inquies forte, „cur hanc rem tanti momenti putas? num quid interest, utrum ista verba antiquis Juris conditoribus nota fuerint, an ea ne fando quidem audierint?" Permultum sane; scilicet omnis ea disciplina, quam hodie vulgo compendiariam vocant, quae brevis esse debet et tantum summa capita attingere, eo inventa est, ut tirones ad alia graviora percipienda praepararentur. Est autem difficultas quaedam magna in verbis (dicunt artis terminos) posita, propter quam, si quis tironum animos recte velit ad aliquam artem praeparare, debet ante omnia ea verba, quae tradendae arti propria sunt, explicare, non vero istam difficultatem novis verbis inveniendis et adhibendis augere. Quo facto, id eventurum est, quod scio multis accidisse, qui, lecto aliquoties uno aut altero Digestorum compendio, ad ipsum Pandecten animum advertentes, se putarent in *novum orbem* delatos, et ubique fere propter eam solam caussam haererent, quod, qui tales libros scripsissent, existimarent sua verba rebus declarandis et explicandis aptiora esse, quam ista antiqua, quae a Jureconsultis adhibita fuerunt. Etsi sunt, qui hanc recte scribendi dicendique sollicitudinem putent ex scholasticorum quorundam hominum ingeniis derivatam, et propterea parum utilem esse, quicunque tamen emunctae naris viri, re ipsa curatius perpensa, intelligent, non de sola elegantia, sed de ipsa certitudine doctrinae quaeri. Nam quis non videt, tot

---

Est autem — adhibita fuerunt.] Aperte confiteamur necesse est, procaci illi systematum juridicorum ingeniose fingendorum pruritui praeprimis deberi, quod tot tamque insignia jurisprudentiae nostrae capita incertissimae interpretationis labe misere nunc affecta videmus. Cui quidem malo, graviora in dies damna dispergenti tunc tantum juste occurretur, si ad planam illam et candidam fontium sapientiam stricte redeuntes, *exegetico* ipsorum studio eandem impenderimus operam, qua summos olim Jurisconsultos praecipue inclaruisse constat: id quod *Excursu octavo* idcirco potissimum fusius explanare studuimus, quia haec studendi ratio turpiter hodie a plurimis negligitur. V.

Nam quis — adhiberent.] Quamvis inutilis ille rixandi pruritus, quo correpti pseudocritici quidam, de verbis magis quam

pugnas de solis verbis interdum maximo furore agitatas, inde concitatas esse, quod plerique scriptores verbis Latinis abuterentur, et ea non secundum exempla in optimis antiquis scriptoribus praeposita, sed pro ingenii luxuriantis impetu, adhiberent? Quod cum fit, augetur linguarum numerus, unoquoque peculiarem linguam suo ingenio accommodatam adhibente; et sic utilitas e subtilissimis et doctissimis libris parum communis esse potest, cum pauci velint unius libri caussa novae linguae discendae molestiam subire. „Sed quid?“ dices, „cur tantopere istam scribendi dicendique diversitatem accusas? „nescisne, ipsos illos auctores, quos nobis tanquam optima „exempla proponis, non uno eodemque scribendi genere „usos esse? Nonne aliter Cicero, aliter Seneca, aliter „Plautus, aliter Terentius, dixere?“ Recte quidem: hoc linguae Latinae cum omnibus fere linguis commune fuit, ut primo rudis esset, deinde poëtarum maxime et historicorum opera perficeretur et expoliretur, tandem vero barbararum gentium incursionibus et litterarum neglectu corrumperetur: sed parum excusationis habituri sunt ii, qui se propter eas linguae Latinae vicissitudines scribere posse putent, uticunque velint. Etenim primo hoc verum est, eum, qui exempla sequatur, parum elegantem videri, si ad imitationem sibi vel mala, vel mediocria, elegerit. Ita qui in scribendo imitantur ferreae aetatis scriptores, aut his adhuc inferiores, produnt sane animi ingeniique impotentiam. Ridiculum sine dubio existimarent omnes, si quis vellet in schola Imperatorum Rescripta, quae in Codice Justiniani continentur, vel ipsius Justiniani novellas Constitutiones, pueris exempla commendare, quae in scribendis latinis epistolis imitari possent; omisso Cicerone, neglecto juniore Plinio. Illud

---

de rebus solliciti, arte dialectica in ipsum sanae rationis contemtum misere abusi sunt, et etiamnum abutuntur, ita plurimis hodie innotuerit, ut peculiaris ejusdem demonstratio ab hoc loco juste abesse posse videatur: nihilominus tamen hoc saltem operae pretium judicavimus in veram illius *causam* ab Auctore nostro supra memoratam eatenus potissimum accuratius inquirere, quatenus optime exinde appariturum sit, quomodo pestiferum hocce multorum scriptorum vitium rite possit evitari. Itaque *Excursu* quidem *nono* pluribus exponere studuimus, quid causae fuerit, cur ii potissimum eruditi, qui *Scholastici* in specie dicuntur, in meris verborum crepundiis agitandis inplicite semper versarentur, et quonam tandem fato acciderit, ut nostrorum quoque temporum gesta litteraria ab hac ipsa colluvie plane immunia nondum apparerent. V.

tamen hodie multi ferunt, si qui in scribendo videntur Accursium aut Jasonem aut Baldum aut Budrigarium imitari velle, aut si qui putent, se hac ipsa obscura impuraque dicendi ratione patronis commendabiliores fieri; quod ea testis esse possit, quam studiose subtiliterque docti sint, ut ne quidem, prae rerum utilium discendarum ardore, linguarum tenuitate tempus perdidissent. Sed uti ea scribendi dicendique accuratio litteras quoque ipsas ante aliquot secula restituit, ita et insignis ea in scribendo plerorumque negligentia, quae iis temporibus, quibus sedes imperii Romae esse desiit, plerorumque animos ceperat, litteras ipsas videtur conturbasse. Sic verendum sane est, ne forte scholastica illa tempora redeant, ac litterarum luci tenebras obducant; praesertim cum philosophorum quorundam doctrina parum a scholasticorum vanitate recedere videatur!

Sic verendum — videatur.] Non est profecto, cur Auctorem nostrum, de futuri temporis tenebris haud obiter sollicitum, alta voce derideamus: vix enim saniorem quempiam adhuc fugit, quanta pericula ex pestifero illo *mysticismi* per artes vere circulatorias ubicunque irrepentis halitu genuinae litterarum luci hodie quoque immineant, nedum illata sint. Quare non solum hujus quoque mali *causas* gravissimas *Excursu decimo* breviter censuimus examinandas; verum etiam, juveniles praesertim animos litterarum studiis immersos a tristissimo pestis istius obsequio graviter dehortari cupientes, auream illam verissimaeque eloquentiae plenam praefationem *Additamentis* nostris adjecimus, qua b. Klotzius Actorum Litterariorum a se scriptorum tomum tertium, Altenburgi 1766. 8. emissum, contra injustas hominum quorundam, hodiernis mysticismi propugnatoribus perquam similium, obtrectationes, in haec Acta Litteraria directas, splendide olim communivit. V.

EXCURSUS HISTORICO-LITTERARII,

EXPOSITIONEM PRAECEDENTEM DILUCIDIUS PASSIM ILLUSTRANTES.

EXCURSUS PRIMUS.

De genuino linguae populorum vincentium apud superatos valore et effectu.

Ad pag. 3.

Si quid certi datur in iis philosophiae principiis, quibus ipsam hominis naturam accuratius definire studuerunt variorum temporum scriptores: in eo quidem hoc positum censemus, quod communi quadam *socialitatis* lege omnes omnino homines amicabiliter semper inter se conjunctos fuisse et etiamnum conjungi, diu jamjam proditum est et usu quasi receptum. Quamvis enim nostris adeo temporibus nondum plane defuerint ii viri docti, qui, Hobbesio duce, naturali cuidam hominum proclivitati ad se mutuo lacessendum primam quasi vicem tribuentes, bellum omnium contra omnes hodienum adeo indoli humanae bene respondere judicarent: palmam tamen ipsis paulatim praeripuit longe mitior eorum sententia, qui, Puffendorfio praeeunte, in distincto quodam ad mutuum amorem impetu nativam actionum humanarum originem item atque verum socialitatis illius fundamentum prudenter omnino quaesiverunt.

Ex qua quidem sententia hoc statim delibemus necesse est, infestissimos quoque populos pro ipsa naturae humanae conditione mutuam in gratiam sedato certamine ita saltem esse redituros, ut varia illa instituta civilia, quae ab initio armis tantum a natione victrice ad subactam translata fuerunt, hujus ipsius animos tractu temporis sponte quasi demulceant. Popularem vero vincentium linguam in ipso institutorum illorum numero primum locum facile sibi servaturam esse, quicunque curatiores ingenii linguarum cognitores aperte profecto intelligent. Siquidem quum omnis mutuus hominum nexus commune quoddam sibi expetere debeat loquendi idioma: primus adeo populorum diversorum congressus id praecipue efficiet, ut, rei

bene agendae causa, utramque linguam sibi usitatam invicem conferant et commutent. Prouti tamen quemcunque amicabilem sponteque initum ejuscemodi congressum uterque populus, nisi nimio cultus fastigio alter ab altero differat, pari omnino successu ad ipsam linguarum communionem extendet, ita quaelibet alia idiomatum inter illos commutatio, bellorum praesertim vinculis tribuenda, eos qui victi sunt ad vincentium sermonem et mores longe prius adstringet, quam superatorum consuetudines a victoribus receptae fuerint. Quapropter tunc adeo, si post multorum bellorum turbas togatae quoque militiae studia et effectus nationum quarundam nexum strictius confirmarunt, ejus tamen, quae ex armata pugna victrix prodiit, auctoritas ita praevalebit, ut vel nunc, in pari fere cultus universi habitu, vigor ejusdem quoad ipsum etiam linguae popularis usum longe profecto superiorem sese gerat.

Deinde, quum, quo volubiliorem indolem populus quidam prae se fert, eo certior etiam locum sibi vindicet cum reliquorum institutorum suorum, tum linguae ejusdem, ad vicinos populos transitus; hoc statim apparet, haud raro ita fieri debere, ut ejus quidem populi causa victoriam sibi reportet, qui, licet severo litterarum cultu vicinorum studia nequaquam superet, agitatiore tamen ingenio suo affatim prae illis excellit.

Ad effectum autem exinde prodeuntem quod attinet, quis, quaeso, rerum hucusque gestarum tantopere ignarus est, *qui* luculenter non intellexerit, verum quidem nationum cultum ex mutua illa linguarum et quarumcunque rerum civilium communione, intra pacis beneficia pedetentim obtinente, mirum in modum semper auctum esse, repentinum vero earundem e paterno solo in vicinos populos transitum, armorum stridore paratum, populari horum ipsorum ingenio et habitui, statum civilem optime firmanti, eo flebiliorem labem semper parasse, quo liberiore conditione, prosperrimo quidem propriae virtutis fructu, hoc ipsum ingenium jamjam excelluerit, et quo latius simul ab hostium irruentium studio et animis discesserit?

Non est profecto, quod longa exemplorum ex quacunque historiae parte conquisitorum serie mentem meam probare intendam: sufficiet potius, ad illa ipsa momenta provocasse, quibus accidit, ut ante aliquot lustra mira linguae cultusque *Franco-Gallorum* auctoritas in ipsa *Germania* nostra tantum sibi duceret spiritum; nativamque gentis nostrae indolem ad internecionem usque opprimeret; a qua ipsam praeter omnem spem singulari tantum numinis divini beneficio rite servatam vidimus. Cui tamen expositioni quum vix alio quodam modo tam bene me satisfacturum arbitrer, quam eo, quo jam prius pro singulari animi cordati vigore dexterrime usus est Ludo-

vicus **Dankegott Cramerus**, insigne nuper Academiae Lipsiensis ornamentum, praematura morte nunquam elugenda litterarum studiis nimis atrociter ereptum, in libro ita quidem inscripto: *Ueber den schädlichen Einfluss des französischen Despotismus auf die Literatur der Teutschen, Quedlinburg* 1815. 8.: licebit mihi procul dubio, ejusdem ipsius verba huc spectantia pro parte saltem exhibere. Sunt vero, quae ibidem pag. 266 seqq. rei illius intuitu occurrunt, ita omnino concepta: *Die Tugend, Freiheit, Literatur und Kunst eines Volkes ist an seine Nationalsprache gefesselt, welche so recht eigentlich das Element und der Markstein der Volksthümlichkeit ist; da sie das äussere und innere Leben nach seiner ganzen und eigensten Eigenthümlichkeit zu einem organischen Ganzen verbindet. Nimmt man einem Volke seine Sprache; oder sucht das Volk selbst aus eitler Liebe zur Ausländerei oder aus leidiger Erschlaffung und Verweichlichung eine fremde Sprache sich anzueignen: so hören die Worte: Nationaltugend, Nationalfreiheit, Nationalliteratur und Nationalkunst in Bezug auf dasselbe auf, bedeutsam zu seyn. Je reiner sich die Sprache aus dem Charakter eines Volkes entwickelt; je achtsamer man den Fortfluss und die Fortbildung derselben aus dem Quell geistigen Lebens vor fremdem Einflusse zu sichern sucht; je lebendiger und kräftiger sie in das Getriebe des regen und muntern Volkslebens eingreift; je fester sie das Unsichtbare und Geistige, das eigenste Eigenthümliche eines Volks an Klima und Boden fesselt; und je leichter sie die Eindrücke des äusseren Lebens, die Einflüsse des Klima's, des Bodens und der Staatsverfassung in sich aufnimmt, in ihrer geistigen Werkstätte zu etwas Bleibendem verarbeitet, und so das Sichtbare, Sinnliche und Aeussere in das Reich des Unsichtbaren und Geistigen verpflanzt; desto edler, origineller und genialischer steht ein Volk da. Ein Volk, welches seine Sprache vernachlässiget, und das Fremde und Ausländische liebt und aufnimmt; oder gezwungen wird, das Fremde und Ausländische aufzunehmen, und seiner Sprache zu entsagen, kann gutmüthig, mächtig, gebildet und kunstfertig seyn: allein Nationaltugend, Nationalfreiheit, Nationalliteratur und Nationalkunst — mit einem Worte Nationalität besitzt es nicht, und kann es nicht besitzen. Das grösste Bestreben wilder Eroberer, aber auch zugleich das Schwerste für dieselben war es daher von jeher, die fremde Sprache zu überwinden, ohne deren Vernichtung und Verwischung ein Volk zwar besiegt, aber nicht unterjocht werden kann; da es an der Sprache immer noch den Grundpfeiler besitzt, an*

dem es seine verarmte Grösse wieder aufzurichten vermag. Auch der französische Despotismus wirkte daher darauf hin, die besiegten Völker dadurch völlig zu unterjochen, dass er ihnen ihre Sprache und mit ihr den Nationalsinn und die Nationalkraft zu entreissen suchte. Vorzüglich richtete er in dieser Hinsicht sein Augenmerk auf das besiegte Teutschland; weil er wohl einsah, dass die ursprüngliche und reingermanische Sprache dieses Landes durch Gewohnheit, Convenienz, Modeton und Verjährung nicht so leicht und schnell in die französische Sprache hinüberfliessen könne, als die mit der letztern durch gleiche Abstammung innig verwandten übrigen neulateinischen Sprachen; und dass ebendeshalb Gewalt angewendet werden müsse, um dieses zu bewerkstelligen. Alle Verfassungen, welche Buonaparte erzeugte, waren also darauf berechnet, denjenigen teutschen Provinzen, welche dem französischen Reiche einverleibt, oder durch ein hartes Familiengesetz mit demselben näher verbunden waren, ihre Nationalsprache zu rauben und die französische aufzudringen. Der Erfolg und Einfluss eines solchen Gewaltstreiches auf die übrigen teutschen Provinzen, welche Buonaparte zwar nicht unmittelbar beherrschte, die aber doch als Vasallenländer des grossen Kaiserstaates figurirten, konnte ihm nicht zweifelhaft scheinen, da er wohl wusste, dass sich kein einzelner Theil von dem Ganzen losreissen lasse, ohne das Ganze selbst zu vernichten, oder doch wenigstens sehr zu schwächen.

Quae quidem verba quo veriora iis omnibus appareant necesse est, quorum memoriae tristissima illa, e quibus vix evasimus, servitutis franco-gallicae vincula nondum plane aufugerunt: eo certiores etiam ipsos reddent de singulari illa prudentia, in dijudicando linguae populorum vincentium apud superatos valore et effectu eatenus praecipue adhibenda, quatenus distincte cavere debemus, ne, commodum ex larga linguae cultusque populorum diversorum communione affatim redundans ultra meritum aestimantes, malorum ex eodem fonte nimis largiter manantium plane immemores videamur. Juvat profecto, de hoc potissimum vitio evitando Germanos nostros prae ceteris hortari, dum de cultu linguaque e Franco-Gallia repetendis sermo est; constat enim inter omnes, populo nostro obsequium illud erga vicinos transrhenanos diu jamjam neque injuste opprobrio versum esse; et vix prudentior quisquam eorum veritatem inficiabitur, quibus hoc quoque malum Cramerus noster l. c. pag. 271 seq. hunc in modum notavit: *Das Schwerste für Eroberer ist, die Sprache zu überwinden, und dieses Schwerste hatten wir den Franzosen*

wahrlich sehr leicht gemacht. Doch nicht wir allein, auch unsere Vorfahren haben Theil an dieser Schuld, und die ersten Spuren dieser leidigen Vorliebe zur Ausländerei und charakterlosen Aefferei kann der Geschichtskundige wahrlich nicht im achtzehnten und neunzehnten Jahrhunderte suchen! Kunst und Literatur war das Erste, was die allseitigen Franzosen den für Alles empfänglichen Teutschen aufzudringen suchten; und die Logiker und Dialectiker, welche in Frankreich, vorzüglich seit der Reformation, die ernste Wissenschaft in ein geist- und herzloses Spiel mit Begriffen und Worten, mit Scheinen und Trugbildern zu verwandeln suchten, legten ohnstreitig den ersten Grund zu dem gewaltigen Einflusse, welchen sich späterhin, vorzüglich zu Ende des siebzehnten und zu Anfang des achtzehnten Jahrhunderts, die französische Sprache in Teutschland anmasste. Der gutmüthige Teutsche bewunderte den leichten, über Alles hinwegspielenden Geist und Sinn der beweglichen Franzosen; ergötzte sich an den witzigen und gehaltreichen Verstandesspielen derselben, und vernachlässigte seine seelenvolle, aus der lebendigen Naturkraft selbst ausströmende Sprache, um in einer fremden, erborgten, ihrer Wurzel nach todten Sprache zu lallen. Lessing und andere Ehrenmänner widersetzten sich zwar in der letzten Hälfte des vorigen Jahrhunderts dieser Ausländerei und diesem charakterlosen Spiele, und suchten die teutsche Sprache, Wissenschaft und Kunst zur Selbstständigkeit empor zu heben und vor dem fremden Einflusse zu sichern: allein das Uebel lag zu tief, als dass es ganz hätte ausgerottet werden können.

Quamvis vero praeponderans illa linguae cultusque Franco-Gallorum in rebus nostris popularibus regundis auctoritas eo usque jam accreverit, ut ne novissimi quidem temporis effectus inveteratum morem penitus corrigere potuerint: nequaquam tamen de hoc errore corrigendo plane nobis desperandum puto, sed in eo potius laborandum, ut justis in hunc finem utamur remediis. Neque desunt haec ipsa; aliunde tantum repetantur necesse est, quam quo hucusque eadem quaesivimus. Siquidem qua via malum illud ad nos pervenit, eadem etiam ut discedat, juberi debet: principes nostri, quorum proavi primum externis moribus illis nimis largum ad penetralia nostra aditum praebuerunt, a prima inde pueritia tanto liberioris ingenii amore imbuendi sunt, ut in populari patriae cultu et sermone, suo quoque exemplo prae primis efficaci rite juvando et defendendo, haud fugacem gloriam ponant. Verissime enim b. Rühsius, vir clarissimus, de hoc ipso desiderio, hanc etiam ob causam summopere efflagitando, in libro illo prae-

stantissimo, cui titulus: *Historische Entwickelung des Einflusses Frankreichs und der Franzosen auf Deutschland und die Deutschen*, *Berlin* 1815. 8., pag. 356 seqq. hoc tenore locutus est: *Das wesentlichste Bedürfniss ist eine Erziehung unsrer Fürsten, die sie zu Deutschen macht, und mit ihrem Volke verschmilzt; sie müssen von Jugend auf mit der ganzen Vortrefflichkeit desselben vertraut werden; es für ihr höchstes Glück und ihre höchste Ehre halten, an seiner Spitze zu stehn. Sie müssen sich in den Wissenschaften, Künsten und Uebungen vervollkommnen, deren der Mann, der Deutsche, der Heerführer bedarf; sie müssen zuerst deutsch denken und deutsch sprechen lernen. Die französische Sprache wird billig ganz von den Gegenständen des Unterrichts ausgeschlossen, der den Fürstenkindern ertheilt wird; will man sie durch die Erlernung von Sprachen beschäftigen, so wähle man doch das Griechische und Lateinische: die Schwierigkeiten werden nicht grösser seyn, als beim Französischen, und das Erlernte hat einen unvergänglichen Werth. Catharina II. liess ihre Enkel im Griechischen unterrichten, und es ist keine der kleinsten unter Alexanders glänzenden Eigenschaften, dass er nicht nur das Neugriechische mit Geläufigkeit redet, sondern auch des Altgriechischen vollkommen kundig ist. Es ist überflüssig, über die Nachtheile des Französischsprechens noch ein Wort zu verlieren, da so viele edle und geistreiche Männer die Sache erschöpft haben. Nur wiederholt muss werden, dass noch immer an den meisten Höfen das Französische die gewöhnliche Sprache ist. Zeigt diess nicht, wie die Alten schon behaupteten, eine Verachtung unseres Volkes an? Die Entschuldigung, die Friedrich der Grosse hatte, kann in unsrer Zeit nicht mehr Statt finden. Warum sind noch so viele Benennungen der höhern Verhältnisse französisch? Ist denn Herr, Gebieter, nicht prächtiger, als Sire, wie in Island alle Priester heissen? Klingt Fürst, Fürstin (der Erste, die Erste), nicht besser, als Prinz, Prinzessin; Gräfin nicht würdevoller, als Comtesse? Sind die stolzen Ehrennamen Markgraf, Landgraf nicht tausendmal erhabner und ausdrucksvoller, als der, dem verfallnen Byzanz abgeborgte Grossherzog* (Megas Dux)? „*Die alten deutschen Fürsten,*“ sagt *F. K. von* Moser (*Patr. Archiv X*, 507.), „*hatten ihre Räthe und geheimen Räthe, und befanden sich wohl dabei. Seitdem französischer Geist und Wind die deutschen Höfe und Köpfe durchwehte, fingen die grössern Fürsten an, ihre geheimen Räthe Ministers zu heissen; die kleinern machten's allmählig nach: bis das Jahrhundert vollends zu Ende geht, wird man überall Ministers,*

und die geheimen Räthe nur beim Leibarzt, beim Hoflieferanten, beim Kabinetsschreiber, wo nicht gar beim Kammerdiener finden." Die europäischen Völker müssen nicht zugeben, dass das Französische länger die Sprache der diplomatischen Verhandlungen sey; denn so lange diess der Fall ist, werden die Franzosen immer Herren derselben seyn. Es ist lediglich aus der Bequemlichkeit der Diplomaten erklärbar, wie die Franzosen ein so wesentliches Vorrecht ihrer Sprache ertrotzen konnten! Die Vortheile, die sie daraus erlangten, sind so ungeheuer, dass sie sich gar nicht berechnen lassen. Erstens war ein jeder Franzose, er mochte so unwissend seyn, als er wollte, immer ein Diplomatiker, der es mit allen übrigen aufnehmen konnte: kam es auf den richtigen Verstand dieses oder jenes Ausdrucks an, so lässt sich nicht läugnen, dass der Mann, der das Französische von Jugend auf an der Seine oder Loire gehört hatte, es doch besser wissen musste, als jeder Andre, und wenn er selbst von irgend einer französischen Colonie gewesen wäre: der Franzose war das geborne Orakel des ganzen diplomatischen Corps. Es ist bekannt, wie häufig Streitigkeiten der Art, die nur in Frankreich geschlichtet werden konnten, entstanden; zum Beispiel erinnere man sich nur an congédier in der Capitulation vom Kloster Seeven, an das ban-lieue in dem Abtretungsvertrage von Danzig u. s. w. Es ist lehrreich, zu zeigen, wie die Franzosen sich diesen Vorzug erworben haben; er ward allmählig und absichtlich errungen, keineswegs durch Zufall. Vor und selbst in dem dreissigjährigen Kriege war die Kenntniss des Französischen in Deutschland sehr selten: nur einige kleine rheinische Fürsten, die nach Frankreich auf Abentheuer zogen, mochten es verstehen; die Königin Maria Eleonore von Schweden, eine brandenburgische Fürstentochter und Gustav Adolphs Gemahlin, verstand diese Sprache nicht; selbst der Landgraf von Hessen, der doch schon, nebst seiner Gemahlin, dem wälschen Wesen ergeben war, hatte unter seinen Kriegsleuten keinen, der französisch redete; der Obrist Geis, den er an den General Lavallette schickte, musste sich des Herzogs Bernhard zum Dollmetscher bedienen. Auf der Tagfahrt zu Heilbronn sprach Feuquieres französisch: die Stände baten sich seine Rede schriftlich aus, und gaben ihm eine Antwort, die deutsch und französisch abgefasst war. Zu Münster ward theils lateinisch, theils in der Landessprache unterhandelt; die Spanier z. B. lieferten ihre Eingaben spanisch. Der Graf von Nassau machte beim Besuch der Franzosen ein kurzes, französisches Compliment; der eigentliche Geschäfts-

führer Volmar sprach deutsch und hernach italiänisch. In den ersten Berührungen der europäischen Staaten bildete sich ein natürliches und gerechtes Verhältniss; die Bevollmächtigten bedienten sich ihrer Muttersprache, und Dollmetscher übersetzten die Reden und Schriften; oft wählte man das Lateinische: über der Sitte, die eigene oder die lateinische Sprache zu gebrauchen, ward mit grosser Sorgfalt und Eifersucht gewacht. Die Franzosen verlangten, dass mit ihnen französisch unterhandelt werden sollte, zum Beweis des Vorzugs und der Hoheit, die ihnen zukomme: dagegen bewilligten sie denn andrè wichtige Vorrechte: z. B. wurden die Erzherzoge von Oesterreich und der Herzog von Savoyen Bruder genannt; dem Churfürsten von Brandenburg aber ward dieser Titel verweigert, wenn er nicht französich an den König von Frankreich schreiben, und ihn Monseigneur *nennen wollte, wie jene. Vautorte redete* 1653 *den neu erwählten römischen König lateinisch an, weil man die Dollmetscher nicht liebe, und auf eine französische Anrede immer eine deutsche Beantwortung erfolge.* (*Négociat. secrètes, touchant la paix de Münster et d'Osnabrück, à la Haye* 1725. 8. III, 572.) *Zuerst gaben kleinere Fürsten nach, die von Frankreich begünstigt werden wollten; so schrieb z. B. Wirtemberg* 1656 *französisch. Der französische Botschafter Frischmann gab dem brandenburgischen Hofe* 1659 *französische Eingaben, und erhielt deutsche Antworten* (*Pufendorf, Gesta Frid. Wilhelmi, Berol.* 1695. *fol.*, VIII. 497); *er verlangte sie aber französich oder lateinisch, weil man am französischen Hofe kein Deutsch verstehe, und man war nachgiebig genug, ihm eine lateinische Antwort zu ertheilen:* 1663 *wollten die Franzosen selbst das Bündniss mit Brandenburg nicht in lateinischer Sprache abfassen, sondern französisch* (*Ebendas. IX*, 47.). *Zu Nimwegen verlangte der dänische Abgeordnete Hög, seine Vollmacht in dänischer Sprache übergeben zu dürfen, weil die Franzosen die ihrige französisch einreichten: wenigstens, meinte er, müssten sie dieselbe lateinisch abfassen lassen, wenn die andern Gesandten die ihrigen in dieser Sprache beibringen sollten. Allein er ward nicht unterstützt; die Franzosen behaupteten höchst einseitig, es sey ein alter Gebrauch, dass Frankreich zu den fremden Gesandten französisch rede, während diese zu ihnen lateinisch sprechen müssten.* (*St. Didier Histoire des négociations de Nimègue, à Paris* 1680. 12., *S.* 34.) *So hatten sie also bereits die blosse stillschweigende Nachgiebigkeit einzelner Fürsten benutzt, um ein Recht zu begründen. Hier sah man übrigens die Fortschritte der französischen Sprache*

in fremden Ländern; denn es gab fast kein gesandtschaftliches Haus, wo sie nicht eben so gemein war, als die Muttersprache; noch mehr, sie war so nothwendig, dass die englischen, deutschen, dänischen Bothschafter französisch ihre Unterredungen hielten: auch die Frauen verstanden es, und unterhielten sich französisch; bis auf die Marquise de los Balboses, eine edle Spanierin (Das. S. 78.). Deutschland wollte sich zwar anfangs die französischen Anmaassungen in dieser Hinsicht nicht gefallen lassen: auf der Frankfurter Zusammenkunft von 1682 *wurden darüber heftige Streitigkeiten erhoben, und in der kaiserlichen Kanzlei wurden bis dahin nur lateinische Eingaben und Verträge angenommen; man hielt diess für um so billiger, da das deutsche Reich zugleich das römische darstellte: allein Belleile wagte es* 1741, *nachdem der Kaiser ein französischer Pensionär geworden war, auch hier die alte Anmaassung durchzusetzen, und seine Schriften französisch zu übergeben. (Flassan, Histoire générale de la diplomatie Françoise, à Paris* 1811. 8., V, 144.) *Im Aachner Frieden ward ausdrücklich bestimmt, dass der bisherige Gebrauch der französischen Sprache durchaus keine Ansprüche begründen solle, und dass alle Mächte, die dazu berechtigt wären, künftig auch Exemplare des Vertrags in einer andern Sprache abfassen könnten: allein diese Vorsicht hat gar nichts geholfen; in der nächst folgenden Zeit wurden die französischen Ansprüche allgemein anerkannt, und man wagte nicht, davon abzugehen. Hieraus lässt sich auch im Voraus das Schicksal von einer ähnlichen Clausel von der Schlussakte des Wiener Congresses abnehmen, wenn nicht schnelle und entscheidende Maassregeln ergriffen werden, um dem diplomatischen Gebrauche der französischen Sprache für immer ein Ende zu machen. Die Schwierigkeiten sind allerdings bei der Beschaffenheit der Mehrzahl derjenigen, die in allen Ländern das sogenannte diplomatische Corps ausmachen, sehr gross, weil ihre einzige und höchste Weisheit eben in ihrer französischen Sprache besteht: aber ebendeswegen ist eine entscheidende Maassregel nothwendig; man muss bei den Verhandlungen sich so lange der Dollmetscher bedienen, bis sich wieder ein* g e l e h r t e s *diplomatisches Corps gebildet hat. Unsre Betrachtung führt uns hier von selbst auf einen Hauptschaden, den der allgemeine Gebrauch der französischen Sprache in politischer Beziehung gehabt hat: auf den Untergang aller Vermittlung durch* w a h r h a f t g e b i l d e t e *Individuen. Seitdem alle grossen Weltgeschäfte in französischer Sprache abgemacht wurden, war nichts leichter, als sich zur Verwaltung derselben ge-*

schickt zu machen; der Grund ward bei einer französischen „Bonne" gelegt; die Studien konnten bequem fortgesetzt werden in den Zimmern der Frauen von Welt: französische Liebesgeschichten und Zeitungen führten in alle Feinheiten und Wendungen der Sprache ein: die Formen einer Depesche oder gar eines Tractats fanden sich im ersten, besten Recueil, und für die nöthigen wissenschaftlichen Erfordernisse war durch Vattel, Mably, Wicquefort und ganz kürzlich durch den unschätzbaren Flassan auf's allerbequemste gesorgt. Wie es gegangen, hat die Geschichte gelehrt: wo war Geist, Kraft, Lebendigkeit? Ganz anders bildeten sich die Staatsmänner der frühern Zeit! ihre Entwicklung ging aus einem ununterbrochnen Studium des Alterthums hervor; sie erwarben sich eine ruhige, feste Ansicht der Weltverhältnisse aus den unsterblichen Lehrern der wahren Staatsweisheit, einem Aristoteles, Thucydides, Demosthenes, Polybius, Livius, Tacitus; die Nothwendigkeit, lateinisch zu unterhandeln, führte schon zu einem genauen und sorgfältigen Studium dieser Sprache: sie konnte nur aus Quellen geschöpft werden, durch welche der Geist mit Hoheit ausgerüstet wird, im Unglück nicht feig zu verzagen, und mit Verstand, den rechten Augenblick nicht zu versäumen. Es ist ein Einwand, der gar nicht Stich hält, dass die lateinische Sprache nicht geeignet sey, sich über viele Dinge, die den Gegenstand der neuen Unterhandlungen ausmachen, auszudrücken: vor hundert Jahren ward diese Klage nicht erhoben, und man wusste sich recht gut zu helfen; denn es versteht sich, dass es nicht auf stylistische Meisterwerke abgesehen war. Wahrlich, man kann unbedenklich behaupten, dass die Verhandlungen besser geführt wurden, selbst als sie noch in den Händen der Doctoren waren: immerhin mochten diese Leute etwas langsamer seyn; sie möchten bisweilen von einem pfiffigen französischen Weltmanne überlistet werden; das ist ja auch Andern begegnet, die von Jugend auf ihren cours diplomatique an den Putztischen der Schauspielerinnen und Courtisanen gemacht haben: der ruhige Verstand jener steifen Männer war ernst und fest; und das Beste ist zum Glück, dass die List bei einem redlichen Willen immer zu kurz kommt; wer ein rechtes Herz hat, durchschaut sie leicht.

Faxit Deus Optimus Maximus, ut pia desideria illa, quibus justum locum hic concessit beatus Ruehsius, bene aliquando procedant: faxit, ut, gravissimo isto linguae popularis in cujusvis nationis indolem formandam vigore et effectu prudenter expenso, ii omnes, quibus aliqua in hisce rebus

concessa erit auctoritas, severo studio illum tueantur: faxit perinde, ut Germani potissimum nostri, inveterati sui semperque nociferi erga Gallorum mores obsequii graviter tandem pertaesi, dignum tantum suo nomine commercium cum illis agnoscant: faxit denique, ut, latina lingua mediante, publica quoque populorum consuetudo saluberrimam illam denuo amplectetur gravitatem, a qua non sine magno detrimento paulatim quidem deflexit!

EXCURSUS SECUNDUS.

De Annalium litterariorum, latino sermone conceptorum, insigni utilitate, ne propter hodiernam quidem studiorum conditionem in dubium vocanda.

Ad pag. 6.

Quantus virorum doctorum applausus Acta Eruditorum Lipsiensia inde ab anno 1682 ab Ottone Menckenio ejusque filio Johanne Burchardo aliisque Academiae nostrae decoribus per continuum adeo saeculum latino sermone studiose divulgata, similiaque Platneri, Klotzii, Schirachii aliorumque nonnullorum instituta, ubicunque fere exceperit, vel hodie vix quempiam fugit rei litterariae peritum. Eodem vero consensu id quoque nostrates concedunt, his ipsis annalibus editis toti orbi litterario insignem utilitatem accessisse, communeque eruditorum per diversissimas terrarum partes degentium commercium vix alio quodam instituto tam strenue servatum fuisse. Simul tamen quam plurimi eorum, qui in rebus litterariis regundis principatum hodie affectant, quacunque occasione data id praecipue alta voce clamitant, nostri temporis studia litteraria terminos illos longe jamjam superasse, intra quos ferreis latinae linguae vinculis juste potuerint coarctari; et re vera quidem hac ipsa ratione hoc, proh dolor! effectum videmus, ut nunc, eodem sane temporis momento, quo per taediosam plane ac mire variantem diariorum scientificorum copiam omne aliud litterarum genus ad internecionem usque suppressum apparet, ne unus quidem aut alter in arenam descendat severioris doctrinae custos ac defensor, qui, genuina Latinae linguae venustate acutum rerum per orbem litterarium novissime gestarum recensum communibus quorumque eruditorum usibus rite accommodans, eandem lauream sibi devincire nitatur, qua viri excellentissimi supra laudati jure meritoque exornati fuerunt.

Ob hanc ipsam vero rerum conditionem operae pretium censemus, id potissimum perquirere, num studiorum litterariorum ratio hodie usu comprobata gravissimis istis directe omnino adversetur, commodis quae ex annalibus litterariis latino sermone scriptis tam abunde olim redundarunt; neque aliter hoc expediendum putamus, nisi ita, ut antea veram commodorum illorum indolem brevi quodam scrutinio perlustremus. Et statim quidem quum Platnero nostro concinnius nemo eandem descripserit, hanc ipsam effigiem pag. VIII. seqq. praefationis tom. I. *Commentariorum Lipsiensium Litterariorum* (Lips. 1753. 8.) praemissae conspicuam, tanquam nativum justorum monitorum fontem, accurate jamjam prosequamur.

Sunt vero Platneri verba ita omnino comparata: *Erunt forte, qui maxime aegre ferent, nos, lingua patria omissa, latinam nostris commentariis accommodasse. Inquient hi, vernaculam magis communem utilitatem praestare. Profecto quidem: ut ii, qui eruditi videri volunt, atque, quod hodie multis accidit, latine docti non sunt, probabiliter possint de libris novis in amicorum conventibus disputare, etiamsi ipsos libros non legerint, aut intelligere potuerint. Sed tales lectores non desideramus, et, ut ingenue fateamur, fraudi eorum neutiquam inservire volumus. Latinam autem linguam elegimus propterea, quod ea hodie fere communis est eruditorum, eaque ab homine, qui litteras profitetur, sine summa ignominia negligi non potest. Deinde etiam vidimus aliorum rationem, qui eadem lingua uterentur, non solum doctis hominibus non displicuisse, sed valde probatam esse. Notum enim est, Acta eruditorum Lipsiensia jam ante multos annos ab Ottone Menckenio inchoata, a Johanne Burchardo et Friderico Ottone, qui patriam avitamque gloriam novis meritis auxit atque illustravit, continuata, eandem existimationem ad hunc diem usque retinuisse, qua sub operis initium excepta fuere, etiam si latine scripta sint. Est vero Latinae linguae ea commoditas, ut res ad eruditionem pertinentes, cum omnes, tum praesertim antiquae, longe facilius breviusque exprimi possint. Neque nos cum iis facimus, qui tantum putent patriae amori tribuendum, ut nullam aliam linguam velint in omnibus rebus adhiberi: cum satis manifestum sit, eos commodam quidem viam monstrare, sed talem tamen, de qua metuendum sit, ne, si multi in ea incedant, omnes cum summo litterarum detrimento ad ignaviam perducantur. Nos quidem longe absumus ab eorum austeritate, qui plane indignam linguae vernaculae notitiam erudito homine putant; existimamus potius linguae theotiscae eandem elegantiam et ad dicendum commoditatem adesse, quam ii in graeca latina-*

que tantopere laudant, si modo ars adhibeatur, quae jam etiam studiis quorundam haud sine fructu adhiberi coepit. Etsi vero justum pretium linguae vernaculae statuimus, non tamen propterea potuimus in eorum opinionem descendere, qui omnem aliarum linguarum usum volunt sublatum; cum multa sint, in quibus Latinae linguae, nisi solis Germaniae incolis scribere velimus, haud exiguus usus esse possit. Est enim haec inprimis commoditas linguae Latinae, ut, si eam adhibere velis, cum eruditis in quacunque Europae parte viventibus commode colloqui possis. Cujus rei inprimis cogitatio nos eo perduxit, ut linguam Latinam nostris commentariis aptissimam fore judicaremus. Dabimus etiam operam, ut, quoniam latine scribere volumus, recte latine scribamus, ne legendi taedium lectores capiat. Uti enim pulcherrimae facies sordido ac indigno vestitu prodeuntes vix placent, ita res gravissimae ac utilissimae, rauco ac impuro sermone narratae, sine omni suavitate percipiuntur.

Inepti quidquam agere nobis ipsis videremur, si de horum omnium veritate dubium moveremus. Siquidem statim exinde patet, eorum praecipue, qui rerum litterariarum inter eruditos novissime gestarum conspectum atque censuram ipsis annalibus scribendis javare conantur, maxime interesse, ut latino sermone utantur: revera nimirum ne hodie quidem inficias quisquam ibit, singularem Latinae linguae inesse habitum et valorem illum, qui apud cujuslibet terrae cultusque homines auctoritatem quandam semper sibi vindicabit.

Quod ad eorum vero attinet sententiam, quibus studiosior latini sermonis ad res litterarias efferendas atque dijudicandas applicatio ideo potissimum improbata fuit, quoniam altiorem philosophandi rationem ad quamlibet fere litterarum partem hoc tempore translatam cum illius linguae genio rite componi posse desperarent: id tantum monuisse sufficiat, e prudentiore veterum philosophorum latino sermone loquentium perscrutatione quemcunque sobrium hominem vix ac ne vix quidem aliud unquam sibi petiturum esse, nisi hoc, quod extrema adeo ingenii humani sublimitas Latinae linguae idiomate expendi atque proponi possit, dummodo late patentes hujus ipsius idiomatis termini diligenter omnino emensi fuerint. Quae quum ita sint, hoc quidem extra omnem dubitationis aleam positum videtur, philosophicam adeo censurae litterariae hodie usitatae indolem latino sermoni neutiquam adversari; imo vero plane singularem ejusdem perspicuitatem rerum philosophicarum hoc idiomate scriptarum pretio maxime prodesse debere, optimumque veri valoris systemati cuidam philosophico tribuendi augurium tunc acquiri posse, si strenuus quidam verae latini-

tatis cognitor hujusce luminibus genuina illius praecepta efferre haud frustra studuerit.

Pariter autem id quoque perpendendum censemus, exquisitam istam Latinae linguae brevitatem, quam nobiliores notae homines omnes tantopere exosculantur, quibuscunque annalium litterariorum auctoribus eo industrius nunc expetendam esse, quo facilius dicta eorum ex loquaci libellorum, alius cujusdam idiomatis vestitu eundem finem prosequentium, colluvie speciosa quidem emergerent. Maximi profecto ponderis hoc judicemus necesse est; praegnans enim illa et altius semper assurgens librorum undequaque confluentium moles vel invitis nobis mox rapidam ipsorum lectionem extorquere minatur.

Hoc vero ejus adeo rationem habendam putamus, quod, uti reprehensionis notas efferre latino sermone multo clarius faciliusque licet, quam alio quocunque, ita ab altera quoque parte plane singularis hujus ipsius linguae gravitas a scholastica illa longe abhorret austeritate, quae efficacem atticarum salium splendorem imprudenter omnino respuit. Nequaquam enim moesto vultu incedere debent, quae latinitatem induerunt, sed gratiosa quadam per eandem instructa prodire possunt venustate, aliunde nusquam repetenda; id quod cum aliorum multorum, tum v. gr. Platneri nostri, Klotzii atque Hommelii scripta affatim testantur.

Quapropter tibi quoque, lector benevole, curae cordique hoc praecipue futurum speramus, ut, quam primum *fieri possit*, ex lectissima virorum doctorum nostrorum corona ii, qui linguae vere Latinae non minus, quam optimarum litterarum peritia excellunt, ad annalia litteraria latino iterum sermone exhibenda fausto quodam omine accedant. Neque dubium quoddam exinde mentem tuam correpturum putamus, quod hujuscemodi operi, eleganti concinnoque doctrinae apparatu splendenti, justi lectores diu revera defuturi sint; nondum enim, quod laetamur, ad eam usque miseriam Germania nostra delapsa est, ut severioris eruditionis et antiqui moris cultoribus plane jamjam careat. Ideoque tantum profecto aberit, ut institutum tale litterarium consuetis novellarum nostrarum angustiis misere statim comprimatur, ut, crescente sui ipsius item atque amicorum lubenter accedentium commendatione exteris quoque innotescens, prae omni leviori libellorum illorum turba longe praevaleat, qui, meteorum instar, brevi tantum impetu per hominum doctorum manus et ora volitant, meritaque prioris umbrae oblivione cito semper obteguntur.

EXCURSUS TERTIUS.

Quaeritur, qualenus scriptis, in pulchrarum artium atque litterarum materia versantibus sermo vernaculus ipso latino aptior censendus sit?

Ad pag. 10.

Quo plura pulchrarum artium atque litterarum monumenta Romana e temporum ruinis benigniter servata hodie quoque admiramur, et quo excellentiores veterum scriptores in hac re efferenda praeclare pariter atque ingeniose versatos videmus; quo intentius denique nostratium viri docti, hanc eruditionis partem haud leviter cognitam tenentes splendida illa antiquitatis exempla exactissimo quorumcunque tale quid curantium studio dentio semper commendarunt: eo certius hoc expectandum videtur, ut vel nunc severioris doctrinae homines in hanc praeclaram palaestram genuinos Latinae linguae lepores lubenter producturi sint.

At vero multo aliter haec ipsa sese habent. Jamjam enim a sequiore inde saeculi praeteriti parte, quamprimum liberior quidam rei litterariae germanicae habitus auctoritatem sibi vindicasset, quicunque de eo, quod pulchrum et venustum est, non nuda solum verba facere, verum etiam efficaciter in ipsum omnium conspectui exhibere, consuetosque hominum de eodem errores corrigere cuperent, ab inveterato more perquam recedentes, non latina quidem sed vernacula lingua res suas peregerunt; idque tantopere mox usu venit, ut hodie quoque foecunda illa scribendi materia nonnisi patrio sermone vestita prodeat.

Non defuere quidem viri eruditi, qui, permagnum recentioris temporis vitium in hac agendi ratione positum censentes, scriptorum coaevorum animos quam citissime ab eadem revocare niterentur; at enimvero ideo praecipue nihil omnino effecerunt altae ipsorum querimoniae, quia commutatis temporum rationibus aliquid saltem indulgere noluerunt; id quod facere tamen debuissent, ne omnia statim perderentur.

Sic immortalis expl. gr. Ernestius, cujus permagna profecto fuit apud coaevos auctoritas, in novo more illo eliminando frustra plane propterea tantum laboravit, quoniam rigidus ejusdem censor existere, quam certis finibus ipsum circumscribere maluit.

Res ipsa ut luculentius perspiciatur, integris viri excellentissimi verbis huc referendis, in praefatione ad ipsius *Ar-*

chaeologiam litterariam, Lipsiae 1768. 8. editam pag. XI seqq. occurrentibus monita quaedam adjungere licebit. *Non alienum*, inquit, *arbitror*, *effundere dolorem quendam meum*, *et querelam non injustam*, *ut opinor*; *si possim occurrere malo latius in dies serpenti et severis studiis doctrinae liberalis prope perniciem minanti. Fuit quoddam tempus superiori saeculo*, *cum homines quidam*, *eruditi illi quidem*, *sed non satis subacti severa literarum graecarum et latinarum disciplina*, (*qualis in Germania*, *his etiam in terris*, *per Melanthonem et Camerarium constituta fuerat*), *quod audierant*, *auctoribus graecis et latinis*, *inprimis historicis*, *cognoscendis prudentiam politicam comparari posse*, *totam rationem eorum cognoscendorum ad hanc partem trahebant*, *et*, *relicta severa interpretandi et intelligendi ratione*, *in Scholis et in Commentariis Politicam tantum artem sequebantur. Ejus rei dulcedine*, *praesertim quae difficultatis nihil haberet*, *capta juventus*, *nihil nisi sententiolas politicas et locos communes de rebus civilibus captabat*, *secura interpretationis accuratae et utilitatis ceterae*, *ex scriptorum veterum lectione recte instituta capiendae. Sublatum est hoc literarum malum per disciplinam J. F. Gronovii et Graevii*, *quorum ea de re*, *et inani juvenum studio politicas artes discendi ex Historicis non intellectis*, *extant narrationes. Ecce vero aliud repente malum! Cum illi praeclari viri ad intelligendos scriptores graecos et latinos plurimum prodesse ostenderent cognitionem antiquitatis graecae et latinae*, *rituum et morum antiquorum*, *eamque et ipsi juvarent vel docendo vel libris antiquariis edendis*, *accepta est res et culta diligentius. Ibi tum major pars repente se totam eo convertit*, *et nihil nisi antiquitates loqui coepit. Itaque effectum est paulatim*, *ut literas humaniores nosse*, *earumque scientiam ostendere*, *nihil prope aliud esset*, *quam locos quosdam antiquitatis in promtu habere*, *super iis collecta ex Indicibus*, *Lexicis vel in Lectionibus super auctores veteres*, *vel in Commentariis libellisque aliis proferre et jactare*, *cum magna pompa auctoritatum*, *et latis notarum*, *nominibus illustribus splendentium*, *limbis. Haec*, *me adolescente*, *ratio dominabatur*, *haec in Scholis*, *haec in hac ipsa Academia valebat maxime*, *cum Gesnerus*, *ante hos prope quadraginta annos*, *in hanc Urbem venit*, *cum ipse ad docendum accessi.*' *Ego vero*, *cum ille a nobis abisset*, *hanc rationem oppugnare coepi*, *cum magna tum invidia mea apud multos*; *aliam*, *veterem illam*, *veram et severam scribendo*, *docendo maxime commendans nostris*, *ut Gesnerus faciebat apud suos*, *h. e. quae ad accuratam interpretationem per justam scientiam linguarum adduceret*,

quae doctrinae omnis copiam a scriptoribus graecis et latinis recte intellectis haurire juberet; quae indolem verae eloquentiae et ejus petendae viam demonstraret; quid recte, eleganter, acute, venuste, magnifice dictum esset, judicare doceret; quae ingenia formaret; quae sensu honestatis et virtutis admiratione, vitiorum odio imbueret animos. Vicimus, effecimusque adjuvantibus de disciplina nostra multis, ut ea ratio valeret. Enimvero sensi, et sensere alii, multos coepisse ab aliquo tempore ex hac ratione decerpere, quod esset facilius et magis sensu quam labore constaret; hoc est, quod ad pulcritudinem figurarum et sententiarum utcunque intellectarum spectaret, ut in fabulis maxime scenicis, carminibus aliis, itemque reliquis generibus ingeniosis scribendi: has bellas literas vocari, novo more, et prope eo rem redigi, ut literae bellae — etiam scientias pulcras vernaculo sermone appellant — scenae maxime serviant, fabulisque scenicis judicandis et scribendis, earumque arti, venustati vel sublimitati in sententiis intelligendae, et, ut loquuntur, gustandae: dum interea veteres illae literae bonae et humaniores, quae labore constant, et doctrinis literarum prosunt, vel negligantur penitus, vel tractentur remissius et negligentius. Quae ratio mulierculis aptior quam viris, fortasse in earum gratiam instituta, ut in communionem literarum veniant et ipsae, ut ipsarum judiciis ac laudibus floreant belli homines — haec igitur ratio si latius serpat ac diutius valeat, magnam calamitatem bonis literis afferet.

Quis est, qui neget, horum plurima exacte item atque vere monita esse? Quis lubenter non agnoscat, post varios illos virorum doctorum in humaniori disciplina pertractanda errores, ipsas indefessas Gesneri atque Ernestii curas id praecipue effecisse, ut laetissimi purioris veterum scriptorum notitiae fructus quemcunque rite appetentem mox non invitarent solum, verum etiam delectarent? Quis hoc quoque in dubium vocaverit, non omnes omnino hisce studiis admissos ea mente fructus illos percepisse, qua percipere debuissent? Nihilominus, tamen Ernestium nostrum, dum contra quotidianam bonorum litterarum ad vitam communem ejusque mores pingendos applicationem tam severe declamaret, humani quidquam passum esse, nemo sane inficias ibit, quicunque aequa lance totam rem expendere dignatus fuerit. Siquidem in ipsa veterum scriptorum lectione duo sunt spectanda: primum, ut, quid recte, eleganter, venuste et magnifice dictum sit, intelligamus atque sentiamus; imo causas reddere discamus, cur alia placeant, displiceant alia: deinde, ut easdem virtutes felici imitatione exprimere studeamus. Hanc vero quis dicat nullo nisi Latino

sermone fiere debere? Patrii sermonis quis non largiatur curam et dignam esse viro docto atque ingenioso, et necessariam? Prudenter omnino Klotzius, vir celeberrimus, in *Actis litterariis* (pag. 217. Tom. V. de ao 1768.): *Egregie*, inquit, *mereri puto de litteris, de patriâ nostrorumque hominum ingeniis, qui e diuturno, quod cum antiquis scriptoribus inierunt, contubernio hunc fructum referant, ut, quas in iis admiramur Veneres, ipsi in suis scriptis reddant, quamque illi suae aetatis hominibus, illam nostro seculo elegantia judicandi, dicendi scribendique utilitatem adferant. Nec solum orationibus, historiis, carminibus, sed fabulis quoque scenicis id fieri posse et debere, patet. Scenicas fabulas magnam habere vim ad emendandos, poliendos, recreandos hominum animos quicunque fatetur (nec esse puto, qui aliter de iis sentiat, ingeniosum hominem) ille profecto non Latino sermone, sed populari fabula, agendas esse largietur. Jam si Plauto, si Terentio, si Menandro aliisque laudi fuit, bonas fabulas scripsisse: quidni ii quoque inter nostrates celebrentur, qui felicem fabulis scribendis operam dederunt? aut quomodo negemus, eos summo cum fructu veteres scriptores legisse, dum ejusdem laudis aemulos se ostendunt; immo quo propius ab illarum praestantia aliquis absit, eo majori jure illi locum inter praeclaros Latii Graeciaeque scriptores dandum esse? Equidem libere fateor, si quis popularium nostrorum ad Terentii aut Sophoclis praestantiam accedat ita, ut fabulis scriptis de palma certare cum iis possit, hunc summum, qui cogitari queat, animoque fingi, e Sophoclis, Terentii, aliorum scriptis fructum percepisse, eodemque, quo illi, loco habendum esse existimo. Quare nolo reprehendi aut deterreri eos, qui ad eandem laudem adspirent, patriaeque nostrae praeclarorum ingeniorum famam conciliare conentur. Video enim eos in lectione veterum auctorum nil aliud spectare, quam quod ipsis utile, patriae honorificum sit.* Atque etiam in artium studio operumque, quae ab artibus illis ingeniosae pulchritudinis profecta sunt, cognitione, hoc puto cuivis propositum esse debere, primum, ut oculi animusque ad rectum de vera operum elegantia judicium ferendum conformentur; deinde, ut res antiquas ipsas quae verbis explicari non sat perspicue possunt, cognoscat, scriptoresque antiquos ubi de talibus rebus loquuntur, intelligat. Sed majorem hanc esse utilitatem illa, quam primo loco posuimus, non mihi persuaderi patior. Namque illa pulchritudinis artisque intelligendae facultas se in ipsa vita exserit: immo in supellectile nostra, in vestitu, in aedibus nostris vim suam ostendit ita,

ut non solum venustiora omnia reddat, sed aptiora etiam usibus nostris, atque commodiora.

Jam vero ipsas accuratius cognoscere juvabit *causas*, cur genuina pulchrarum artium et litterarum materia sprete cum externi in universum, tum latini imprimis sermonis habitu, patriam solummodo linguam tantopere sibi exposcat? Primam statim eamque maxime apparentem causam in eo positam censeo, quod quam plurimi eorum, quorum in gratiam atque delectationem materia illa publice proponitur, consuetam illam non attigerunt studiorum viam, qua externarum linguarum notitiam eruditi nostri experiri solent: secundam deinde ex indubio eorum virorum doctorum defectu eliciendam puto, qui externi cujusdam sermonis pariter atque ejus, quod vere pulchrum et venustum est, peritia prae ceteris excellant; tertiam vero, non possum sane, quin ipsi adscribam singulari materiae tractandae indoli, omne aliud, nisi populare condimentum plane respuenti. Quae quidem ultima rei exponendae causa tantam gravitatem prae se ferre videtur, ut paulisper eidem inhaerere, non absonum appareat.

Quod ut rite fiat, hoc teneamus necesse est, volubilem illam consuetudinum popularium ac morum nativo quodam usu tacitaque aliqua conventione diu receptorum vim et naturam summopere a nobis perpendendam esse, quotiescunque veram ejus, quod pulchrum et venustum est, imaginem cujuslibet oculis et animo rite commendare conemur. Licet enim communis quaedam profecto extet omnium rerum pulchritudo, quam *absolute* talem vocare solent; nihilominus tamen vera ejusdem notio crescente in dies cultu tam incertis regitur finibus, ut vivida nostra percipiendi et discernendi facultas ad aliam quandam strictiorem complectendam sponte propellatur, quae *conventionalis* pulchritudinis nomine venit; et quae, dum id omnino continet, quod singulari tantum et plurimum varianti debetur cujusvis nationis indoli, ei quoque solummodo arridet populo, cujus ex ingenio juste petita est.

Experientiae quoque documentis quum rite haec omnia confirmentur; dilucide apparet, neminem sane id, quod pulchrum et venustum est, feliciter unquam exhibiturum esse, qui, a solito morum illorum vestitu, genuina inquam linguae popularis sentiendi dicendique indole, defecturus, ad externum sermonem adspiret. Quis enim communes istas rerum ipsarum perceptiones, e quibus intimus pulchri sensus maxime pendere solet, dilucide apud omnes resuscitaverit, quin linguae inter eosdem popularis habitu praeceteris adjutus? Quis rei suae veritatem audientibus unquam legentibusve plene persuadebit, nisi opti-

mis pro illa argumentis eodem pariter, quo ipsi semper utuntur ore paratam viam aperuerit?

Mittamus ergo incongruam illam, qua tam multi viri docti jam decepti fuerunt, externae cujusdam linguae ad illius generis opera applicandae cupidinem; studiose vero in eo laboremus, ut vel hujus materiae gratia optima quaeque veterum auctorum scripta eum in modum imitemur, qui vitae animique rationibus hodie usitatis strictissime convenerit.

EXCURSUS QUARTUS.

De eo, quo praecipuus Latinae Linguae in Jure Romano exponendo usus optime forsan defendi possit.

Ad pag. 14.

Renatus Carolus de Senckenberg in libro meditationum maximam in partem juridicarum, quem Wezlariae 1789. 8. publici juris fecit, eo quidem loco, quo de usu linguae latinae hodierno in scriptis maxime juridicis agit, pag. 161 sqq. hoc tenore loquitur: *Inprimis latine meo sensu scribenda sunt omnia, totum juris ambitum concernentia. Nulla quae mihi quidem nota sit Europae Christianae pars est, cujus non incolae in subsidium plus minus Romanorum aut Caesarum aut Pontificum legibus utantur. Inprimis eas apud nos Thuistone progenitos omnis fere juris, privati saltem, scientiae fundamentum constituere, noto est notius. Has autem omnes latina lingua conscriptas esse, nemo est qui ignoret. Haec ergo unicuique jurisprudentiae operam daturo ubicunque fere locorum prae ceteris addiscenda est eritque, donec hi ipsi juris fontes in cujusvis terrae vernaculum sermonem tam exacte et ad amussim translati sint, ut his versionibus authentica supremae potestatis auctoritas attribui possit, et, si vel hoc factum sit, donec omnes vel praecipui saltem in has leges commentatores latinam originem sine ullo detrimento pariter exuerint. Quae omnia quum vix unquam, in Germania saltem nostra, eventura sint, vix unquam etiam, nisi penitus leges Romanae utraeque abrogentur, latina lingua in jure carere poterimus. Hoc vero sermone si carere in jure nequimus, cur non in eo conscribamus, quae non nisi iis, qui juri se dicant, conscribuntur, quae brevius et facilius in ipsa legum lingua, quam in unni*

alia proponi possunt, quae dum componuntur, hujus ejusdem linguae exercitium praebent, quae denique si alia lingua conscribantur, solidam juris Romani vel Canonici minuunt magis quam augent peritiam? Minuunt, inquam; quod negant alias viri non parum eruditi, interque eos, quocum de hac materia, antequam Commentarium suum in Institutiones ederet, collocutus sum, Cel. Hoepfnerus, olim Gissensis, nunc Darmstadiensis Jctus mihi conjunctissimus; qui vero hoc ipso Commentario sententiam meam, nil tale se acturum putans, plenissime probavit. Quo uberior enim hic, quo clarior, quo exactior (quas ei libro dotes esse nemo negaverit) eo magis, ex quo inter juris studiosos inclaruit, hoc solo eos contentos hic loci videas, vix de alio quocunque demum commentario, vix de legibus ipsis, ex quibus tamen immediate cultores juris erudiri debere nemo negare poterit, sollicitos, et, quod tristissimum est, multo minus adhuc quam antea linguae latinae operam dantes, quum jam absque illa non parvam saltem juris cognitionem facile acquirere ipsis liceat.

Aut egregie equidem fallor, aut haec ipsa viri bene cordati verba, haud eleganter quidem, sed verissime tamen pronunciata, justam omnino causam exhibent, cur praecipuus latinae linguae in rebus juridicis exponendis usus optime defendi possit. Expediet tamen, amplioribus hisce argumentationibus omissis, *Romani* potissimum Juris indolem eatenus perquirere, quatenus haec ipsa latinae linguae habitum prae ceteris sibi flagitare videtur.

Et revera quidem vix prudentior quisquam existet, qui serio negaverit, compluribus juris romani partibus latinam linguam tantopere connatam esse atque devinctam, ut absque vocibus phrasibusque latinis imo latinissimis res ipsae ne intelligi quidem possint. Ut alias taceam materias stricte procul dubio huc referendas: nonne actionum romano jure diu servatarum infinitae fere formulae ita conceptae apparent, ut legitimum ipsarum tenorem alio quam latino idiomate juste exprimere, ne audacissimus quidem intenturus sit? Nonne vero a plano harum ipsarum formularum intellectu romani juris totius interior notitia eatenus pendet, quatenus modus procedendi romanus, formulis illis accurate superstructus, plane singulares vel unice complectitur normas illas, quibus solummodo perspectis vera juris istius indoles dilucide nobis innotescere potest? Nonne ergo id potissimum intendere nos decet, ut cum discentes ipsum Jus Romanum e primitivis ejusdem fontibus latino sermone exaratis indefesse semper hauriamus, tum docentes

praeclarissimis hisce ducibus atque exemplis linguae quoque respectu obsequium praestemus?

Eo sanctius vero omnia ea, quae modo commemoravimus, servanda nobis videntur, quo certius hoc quidem in aprico positum apparet, ad singularem illam rerum et praeceptorum in Jure Romano ubertatem juste complectendam et disponendam, cui ne popularis quidem latini sermonis habitus omni ex parte sufficit, extrinsecus oriundas linguas omnes longe difficilius accommodatum iri.

Quae quum ita sint, perpolita illa atque circumspecta Juris Romani adumbratio, quam a majoribus acceptam excellentissimi quique Themidos custodes, bene parta laude hodienum adeo florentes, posteris quoque servare nituntur, vix alio quodam quam connato latinae linguae vestita decenter unquam et lepide ornabitur; neque cordatiores ipsius amici tantopere unquam a veritate aberrabunt, ut hoc nativo decore imprudenter eandem denudare moliantur. Et severos quidem harum rerum judices tam illiberali facinori perpetrando studia sua eo strictius denegaturos arbitramur, quo certius inter eosdem hoc potissimum constare scimus, generalem quendam juris consultorum nostrorum a latina lingua servanda atque exercenda defectum sine miserrimo totius antiquitatis classicae contemtu et interitu vim suam nunquam praebiturum esse. Vix enim perspicacior quisquam inficias ibit, insignia illa veterum scriptorum monumenta, quae firmissima totius humanitatis tutamina praedicamus, ab inimica ista medii aevi caligine in laetiores nostri temporis amplexus eorum praesertim masculis studiis traducta esse, qui legum Romanarum ex largo Corporis Juris Civilis fonte petendarum peritiam juste ita tantum acquirere potuerunt, ut interiorem latinae linguae cognitionem, solido fontis illius intellectui vel unice inservientem, assidua veterum scriptorum lectione rite sibi compararent.

EXCURSUS QUINTUS.

De iis, quae in versionibus, scriptores veteres vernacule sermone exhibentibus, praecipue desideranda videantur.

Ad pag. 14.

Litterarum quoque rem publicam a miro quodam partium studio connataque sententiarum discrepantia plane liberam neque fuisse unquam, neque esse potuisse, quicunque prudentiores homi-

nes tantopere cognitum tenent, ut ne levissimum quidem dubium juste perinde admittendum videatur. Nihilominus tamen perquam vehementes illi sibique ipsis repugnantes opinionum inauditarum defensores eo usque audaciae nunquam processerunt, ut horum adeo studia fucata nuncuparent, qui, lectissima veterum scriptorum monumenta vernaculo sermoni nostro adaptantes, quidquid veri, pulchri et venusti ipsis inesset, ad hodierni quoque temporis communes usus ingenue transferre niterentur. Quapropter majorem in dies numerum undequaque nobis affluentem vidimus eorum librorum, quorum beneficio singularem classicorum auctorum indolem gustare vel parum eruditis licuit hominibus. Alia vero in causa haud occulte illi connexa eo crebriora dubia exorta scimus: in ea scilicet, quae in versionum istarum (ut ita loquar) requisitis accuratius definiendis posita censetur. Revera enim de regulis, quarum ope scripta illa nostrae linguae commode jamjam adaptari possint, pariter atque de effectibus, ejuscemodi versionum cultu producendis, diversissimas quasque sententiarum partes eruditi nostri amplexi sunt. De justa igitur via illa, qua certior quidam petatur hujus ipsius causae status, in ancipiti forsan equidem haererem, nisi hoc ipso temporis momento verborum quorundam grata mihi succurrisset memoria, quibus vir quidam hac in re haud leviter versatus, idemque meritissimus quondam studiorum meorum moderator, Carolus Fridericus Hallbauerus, Gymnasii Fribergensis antehac Collega quintus, disserte item atque erudite quaestionem nostram attigit. Qui quidem in praefatione libri sui, cui titulus: *Kajus Krispus Sallust's Katilina und Jugurtha, aus dem Lateinischen übersetzt*, Leipzig 1806. 8., pag. 4 seqq. ita omnino locutus est: *Was mich bei dieser Uebersetzung leitete, war die Frage: Wie würde Sallust als Teutscher geschrieben haben? Man sieht leicht, dass ich keine ganz wörtliche, noch weniger eine nach den Wörterbüchern gemachte Uebersetzung liefern wollte; denn so nothwendig diese für den ersten Anfänger seyn mag, so nachtheilig wird sie für den, der bereits Fortschritte gemacht hat. Das, was ich bezweckte, war, sie der Teutschheit (wenn ich mich dieses Wortes bedienen darf) näher zu bringen, ohne jedoch den Karakter der Sprache Sallust's ganz zu verwischen. Denn was man auch vielleicht von Verletzung der Treue einwenden möchte, so wird sie wohl niemand darinne finden, dass man Wort für Wort wiedergiebt, und gleichsam die Wörter abzählt; eine Forderung, die wegen der Verschiedenheit beider Sprachen und ihrer Nüancen fast unerfüllbar ist. Ich halte es daher keineswegs für eine Bereicherung uns-*

rer Sprache, wenn man (worauf wirklich einige Uebersetzer einen besondern Werth zu legen scheinen) ihre Ausdrücke in dieselbe Ordnung und denselben Raum einzwängt, der sich im Original findet; indem diess eher eine gewisse Steifheit und Dunkelheit verursacht, als dass es die Lectüre der Alten erleichtern sollte. Jede Sprache hat ihre eigne Syntax, so auch die unsrige: jede Einmischung eines fremden Sprachgebrauchs kann daher nichts anderes, als Verwirrung und Uebellaut erzeugen. Zwar rühmt man an der teutschen Sprache ihre Biegsamkeit, und, wenn man die verschiedenen Formen betrachtet, in welche man sie gepresst hat, so kann man ihr dieselbe nicht abstreiten. Bald erschien sie im Pallium, bald in der Toga, bald im orientalischen, bald im französischen und englischen Zuschnitt: allein so wenig man, die Kunst abgerechnet, die allerdings etwas werth ist, alle Verrenkungen des Equilibristen ästhetisch-schön finden kann, so wenig wird man auch alle jene Sprachversuche zu billigen vermögen. Es entsteht aber nun die Frage: in welchem Tone muss man die Alten reden lassen? welchen Karakter des Ausdrucks ihnen leihen, ohne sie doch zu verschönern? Hier kann freilich kein Lexicon, auch das beste nicht, ganz befriedigen: in diesem Punkte ist das Gefühl wohl der sicherste Führer. Und hier war es, wo ich die meisten Schwierigkeiten vorfand, und vielleicht am meisten gescheitert bin, ohnerachtet diess eine meiner Hauptrücksichten war. Sallust erfordert, besonders da, wo er philosophirt, einen kräftigen, edeln Ausdruck; aber wo findet sich dieser auch jedesmal so kurz und gedrängt in unsrer Sprache? Manches teutsche Wort, das ganz dem Sinne des lateinischen entsprach, musste ich übergehen, weil es dem Ganzen nicht anzupassen schien. Hier empfand ich nur zu sehr die Despotie des Sprachgebrauchs, der, wie die Konventionen der sogenannten feinern Zirkel, so manchem guten und wirklich nützlichen Mitgliede aus Vorurtheil oder kleiner Nebenumstände wegen den Zutritt versagt.

Nolo equidem inficias ire, me ex variante illa sententiarum de veterum scriptorum versionibus rite concinnandis inter nostrates pronunciatarum diversitate eam ipsam tanquam verissimam jam dudum amplexum esse, quam genuina beati praeceptoris verba lectoribus modo exhibuerunt. Optime scilicet cujuscunque versionis ultra scholae terminos emittendae virtutes essentiales auctor pensitasse mihi visus est, dum di-

ceret: *Was mich bei dieser Uebersetzung leitete, war die Frage: Wie würde Sallust als Teutscher geschrieben haben?* Quamvis diu jamjam distincte illa cognita habuerim, quae cum ab aliis eruditorum proceribus, tum a Vossio celeberrimo, ea intentione publice proposita fuerunt, ut genuinus versionum, quodcunque verbum verbo reddentium habitus reliquis transferendi modis omnibus longe praeferendus appareret: nequaquam tamen eo usque his rationibus me perduci passus sum, ut veram versionum praestantiam hac in re positam censerem; sed elegans ille atque pellucidus vertendi modus, quo, praeter alios viros doctos, illustrem Wielandium tam gnaviter usum esse constat, multo magis semper mihi arrisit. Neque variae illae objectiones, quibus singularem hujus ipsius modi valorem haud pauci infringere conati sunt, me impedire potuerunt, quominus ejusdem partes prosequi pergerem. Causa vero, cur hac in via tam constanter perseverandum duxi, in eo praeprimis posita fuit, quod ipsum Wielandium, ceterosque omnes, qui hujus praecepta et exemplum sequerentur, eidem plane consilio penitus addictos cognovi, cujus gravitas et Hallbauerum meum ad quaestionem illam proponendam et exsequendam commovit.

Tantum profecto abest, ut, elegantem hancce vertendi rationem servantes, a nativo veterum scriptorum sensu atque indole latius discedere coacti simus, ut tunc praeceteris peculiarem illorum cogitandi item atque scribendi rationem nostri populi genio ad amussim usque adaptare valeamus. Verum autem ipsorum intellectum, quo deficiente omnis iisdem eripitur utilitas, tam accuratam adaptationem stricte sibi expetere, lubenter omnino concedent, quicunque hoc in mentem sibi revocaverint, ea solummodo recte a nobis intellectum iri, quae nostris sentiendi rationibus peculiariter accommodata fuerint.

Quodsi quaeritur, quasnam potissimum vertendi difficultates eum exsuperare deceat, qui quaestioni saepius memoratae hunc laborem adaptare apud se constituerit: nihil sane accuratius urgendum censeamus necesse est, nisi hoc, ut, diversa utriusque linguae indole rite inter se comparata, ea prudenter expendantur et versionis exarandae gratia conquirantur, quae, licet divergentibus verborum terminis expressae, eundem tamen in utraque lingua sensum, pro communi rationis humanae apud cultiores populos omnes habitu, revera exhibere videantur.

Affatim procul dubio patet, hoc in fine appetendo sine exacta utriusque linguae notitia frustra plane laborari, ideoque a mercenario et illiberali operariorum illorum grege, quos in veterum scriptorum versionibus parandis festinanter

quotidie occupatos videmus, bonae frugis quidquam hac in re minime exspectandum esse. Haud inepte omne illorum hominum genus inutile terrae pondus judicabitur: siquidem taediosa ipsorum diligentia neque viros scriptorum originariorum peritos delectare, neque hominibus primariam antiquitatis notitiam exinde petituris rite eandem commendare, neque juvenes studia humaniora prosequentes gnaviter excitare valebit.

Pari vero modo effectus hosce utilissimos ne eorum quidem lucubrationibus productum iri, qui melioris doctrinae divitias operose in eo consumunt, ut, mirabilia versionum artificia exstruentes, alterius linguae formulas invitae alteri arithmetice quasi obtrudant, non est, quod fusius demonstretur. Etiamsi enim prudentiores omnes in eo consentiant, quascunque cogitationes nostras nonnisi justis verborum limitibus vestitas publice efferri posse: nullo tamen pacto id unquam largientur, vinculorum statim atque catenarum partes limitibus hisce ita tribuendas esse, ut ipsa interna sententiarum libertas, a qua totus fere verborum effectus pendet, misere dispereat.

Illos contra finem istum propositum juste assecuturos esse, qui quoslibet veteres scriptores nostro sermone ita loquentes inducere studuerint, uti hi, pro ingenii sui dotibus proprioque animi affectu revera locuti fuissent, quodsi inter nostrates libris suis scribendis manus admovissent, satis nobis persuasum habemus. Vix enim fieri poterit, quin nostrae *aetatis* homines, libris illis perscrutandis alacriter indulgentes, *ingenuis* vernaculi sermonis vertendo interpositi facetiis mirifice delectentur, et hanc praecipue ob causam quidquid veri, pulchri et venusti prudenter ibidem ipsis oblatum fuerit, lubentissime statim comprehendant.

EXCURSUS SEXTUS.

De illimitato linguae vernaculae in rebus theologicis pertractandis usu, haud raro quidem nocifero.

Ad pag. 16.

Theologorum nostrorum alios in revelatae religionis dictaminibus suscipiendis atque defendendis tam constanter acquiescere, alios vero humanae rationis jura vel hac in re sublimiori tanta pertinacia perquirere atque tueri, ut inter utriusque partis antesignanos item atque proletarios infestissima

pugna hodienum quoque pugnetur, in vulgus profecto notum est.

Pariter vero facile intelligitur, a tali certamine ea quoque aliena esse non posse, quae idearum religiosarum usu receptarum sanctitatem populo subtrahant, variaque substituant fidei fundamenta, moribus antiquis neutiquam probata. Neque hoc denique prudentiorem quempiam fugiet, securae civium saluti eos nunquam consuluisse, qui repentina tum sua tum aliorum de rebus religiosis molimina consueto sermone publice exponentes atque percensentes, inpraeparatos cujuscunque farinae animos ad ancipitem inauditi moris lucem percipiendam festinanter magis, quam prudenter admiserunt.

Siquidem indubiam veritatis notam ea prae se ferunt, quae J. G. Gebhardus, vir doctissimus, in libello suo, cui inscribitur: *Abhandlung über die Frage, ob und in wie fern Täuschung dem grössern Haufen der Menschen zuträglich seyn könne?* Berlin 1780. 8., pag. 35. ita quidem hanc in partem monuit: *Gefährlich wird die Bestreitung einer Meinung, wenn gewisse Ideen von einer besondern Göttlichkeit damit verknüpft sind. Es sind des Volkes Heiligthümer: wer die ihm rauben will, den sieht es ohne Bedenken für einen Verbrecher und Kirchenräuber an. Und wie leicht waffnet nun nicht in der ersten Gährung Schwärmerey und Aberglaube Aller Hände, um ihre beleidigten Götter zu rächen! Wer das nicht glauben wollte, der müsste von den Strömen von Menschenblut nie etwas gelesen haben, die blos darum vergossen worden, weil der eine Theil etwas bestritt, was der andere als göttlich und heilig verehrte. Je grausamer die Verfolgungen werden, desto mehr hält der Mensch an seinem Glauben, um dessen willen er leiden muss, und will am Ende lieber die Märtyrerkrone nehmen, als diesen sich rauben lassen; weil er dafür einmal einen desto grössern Lohn zu erlangen hofft. Wenn nun der grosse Haufe der Menschen einen so hohen Werth auf seine Meinung in religiösen Dingen setzt, dass man unvermeidlichen Schaden anrichten würde, wenn man deren Unrichtigkeit zeigte, so lasse man ihn dabey. Wenn man die Perser überzeugte, dass in jener Welt keine für die Bösen und Guten entscheidende Brücke sey, wie sie doch behaupten, und es fiel dadurch ihr ganzer Glaube an künftige Belohnung und Strafe weg: wäre man dann ihr Wohlthäter? Gewiss, die Brücke ist ihnen von grossem Nutzen; es ist nicht menschenfreundlich, wenn man sie ihnen rauben will. Und wo ist wohl der grosse Haufe der Menschen, der nicht eine solche Brücke hätte?*

Simul tamen hoc quoque concedamus necesse est, hanc

solam ob causam, omnem subtiliorem hujusce generis rerum disquisitionem ab accuratis eruditorum studiis eo difficilius nunc abesse posse, quo vehementius universa optimarum litterarum conditio id potissimum hoc tempore sibi flagitat, ut nobilior illa dicendi scribendique libertas, tantorum virorum curis vix nobis conservata, religiosis quoque in rebus pertractandis vim suam gnaviter exerceat.

Quae quum ita sint, seu rem ipsam tetigisse nobis videntur, qui de istiusmodi rebus omnibus *latino sermone* sibi scribendum censuere, eaque ipsa verecundia hoc praecipue effecere, ut acerrimum indocti populi irritamentum avertentes, justissimos liberioris ingenii sui fructus cum erudito orbe communicare valerent. Opportune nimirum haec semper dicta judicavimus, quae Fridericus Nicolai, gravissimus quondam justioris lucis propugnator, in libro suo hodienum quoque bonae frugis satis pleno, cui titulus: *Leben und Meinungen des Sebaldus Nothanker*, *Berlin und Stettin* 1774. 8., pag. 63., hoc tenore monuit: *Ein Prediger darf sich dem Urtheile des gemeinen Haufens nicht blosstellen; dieser erschrickt über ungewohnte Wahrheiten, und der Prediger verliert das Zutrauen, das er zu dessen Wohl besser anwenden könnte. Wenn ein Prediger Zweifel über dogmatische Sätze hat, so ist's am besten, dass er sie ganz verschweige; auf's höchste kann er lateinisch darüber schreiben, für gelehrte Theologen, die davon so viel in die Welt können kommen lassen, als sie nöthig finden.*

In quorumcunque vero memoriam, quibus specialem quandam probationem haec omnia exigere videantur, taediosam illam de Harmsianis thesibus pugnam theologicam revocasse sufficiet; quippe quae in tantum nostri temporis dedecus nunquam procul dubio accrevisset, nisi, quidquid agitatae menti succurrisset, sine omni doctioris sermonis dispendio, eloqui et partim effutire theologis nostris jamjam licuisset.

Quodsi enim, veram elegantiorum hominum delectationem capessituri, *latine* rem suam exponere constituissent, vix aliter hoc bene successurum fuisset, nisi humanioribus litteris omnibus rite in auxilium vocatis; quorum beneficio id praecipue semper fere debemus, ut circumspecte item atque temperate, qualescunque nostrae de arduis rebus sententiae in publicum procedant, aliterque statuentium animos demulceant magis, quam exagitent. Ceterum ex hac ipsa agendi ratione vel hoc procul dubio eventurum fuisset, ut quam plurimi eorum, qui arma tunc conferrent, ab omni superstitionis, credulitatis atque intolerantiae vitio ab initio statim abstinuissent; quum interior quaedam humanitatis a veteribus nobis traditae

notitia neque acquiri unquam, neque hodiernis in rebus juste applicari possit, quin perspicua illa et revera salutaris philosophandi ratio, quam ipsa veterum scripta tantopere redolent, auctoritatem suam rite omnino efferat. In summum vero rei defendendae commodum hoc obtenturum fuisse, quis est, qui non agnoverit? Nemo sane, qui singularem verborum illorum praegnantiam bene secum reputaverit, quibus idem vir doctissimus, cujus jam supra mentionem injecimus, Fridericus Nicolai, tom. II. pag. 140. libri laudati, ita quidem usus est: *Wer sich bey der gewöhnlichen Auslegung, oder bey der gewöhnlichen Dogmatik nicht beruhigen kann, und seine Zweifel verfolgen will, der wage sich wenigstens nicht ohne das Licht einer gesunden Philosophie in die Irrgänge der Dogmatik und Exegese; er wird sich sonst immer mehr in Zweifel verwickeln. Doch kann ich niemals glauben, dass Gott jemand deshalb verdammen werde, weil er nicht richtig genug gedacht hat; und Menschen sollten es auch nicht thun.*

EXCURSUS SEPTIMUS.

De vera causa, cur, in apertum eruditionis ipsius detrimentum, tantus compendiorum litterariorum, sermone pure latino scriptorum, defectus ubicunque nunc obtineat.

Ad pag. 18.

Ex quo liberior vernaculi sermonis usus in academiis item atque scholis nostris regnare coepit, cum alios quosdam mores antiquitus servatos, tum inveteratam quoque consuetudinem illam paulatim neglectam fuisse scimus, vi cujus libri systematicam litterarum expositionem adjuturi, latino tantum sermone concepti prodierunt.

Haud exiguus quidem eorum virorum doctorum exstitit numerus, qui hanc ipsam commutatam scribendi rationem saluberrimis nostrorum temporum progressibus plane esse contribuerent, et nunc demum vel hac in re laetissima ejus, quod diu jamjam orbem eruditum decuisset, vestigia detecta praedicarent: ex adversa tamen parte neque ii plane defuerunt, qui ipsa quidem latinitate a libris systematicis penitus expulsa toti rei nostrae litterariae gravissimum vulnus inflictum testarentur, quique, dum latinitatem illam *professoriam* per multis profecto usitatam prorsus eliminandam censerent, nihilominus ingenuum pure latini sermonis splendorem vel hac in

litterarum parte studiose omnino custodiendum atque diligenter statim efferendum arbitrarentur.

Memet ipsum quoque posteriori sententiae fidem meam diu jamjam condixisse, lubenter profecto confiteor; neque illud reticendum puto, nativum ipsius valorem eo magis in dies apud me adauctum esse, quo certius hoc proh dolor! cognovi, naturalem illam hominum ignaviam eorum rationibus impense favere, qui ab omni interiori verae latinitatis studio prorsus jamjam defecerunt. Quapropter ea plane me approbare confiteor, quae de re nostra in Guilielmi Andreae Crameri, Antecessoris Kiloniensis celeberrimi, diario lectu dignissimo hunc in modum leguntur: *Oft bejammre ich's im Stillen, wenn ich in den ernsteren Wissenschaften die Werke der Meister in ihrer Muttersprache erscheinen sehe; und ich halte es für unmöglich, dass nach hundert Jahren in den Werken eines Spalding, Eichhorn oder Reinhard, in denen eines Savigny, Hugo oder Thibaut, in denen eines Frank, Reil oder Hufeland, in Kant's und Fichte's, in Winckelmanns und Heeren's, in Schelling's und Reinhold's Werken, noch irgend ein Pulsschlag fühlbar seyn werde. Ungeahnet bricht die Posaune des Weltgerichts über sie ein. Denn was ihnen jetzt noch Leben giebt, ist nicht der Kern allein, ist auch die Schaale. Der Kern aber geht auf in tausend neuen Schösslingen, und neue Namen erstehen, und die alten sinken zurück in den Strom der Vergessenheit! Nur eines kann hier sichern: die allgemeine Gelehrtensprache, auf keine Zeit beschränkt und an keinen Ort gebunden!* (Vid. librum, cui titulus: *Hauschronik, meinen Anverwandten und Freunden gewidmet. Hamburg* 1822. 8., pag. 73.)

Nolo tamen hoc ipso temporis momento de nocifera hodierni moris origine ita omnino disserere, ut accuratam cujusvis generis operum litterariorum rationem habere moliar: sed ex diversis eorundem speciebus iis tantum animum applicaturus sum, quae *compendiorum* nomine veniunt. Rarissime enim horum praecipue in numero plane singulares latini sermonis gratiae hodie nobis arrident. Et ita quidem hoc expediam, ut, veram causam, cur tantus compendiorum litterariorum numerus sermone pure latino scriptorum defectus ubicunque nunc obtineat, breviter exponens, noxam statim perpendam, ipsi eruditioni largiter exinde adspersam.

Ad rite indagandam vero quod attinet mali ejusdem originem, operae pretium duco, ante omnia ea hic lectorum judicio subjicere, quae Joh. Matth. Gesnerus, fortissimus ille politioris doctrinae defensor et antesignanus, in praefatione ad Joh. Vorstii librum de latinitate selecta et vulgo fere

neglecta, Berol. 1789. 8., pag. 1. sqq., ita quidem pronunciavit: *Facile dicendi genus his vulgo tribuitur, qui vitiosissime et absurdissime scribunt; difficilem vero stylum illis objici solenne est, si qui diligentius et exquisitius normam Latinae orationis et ornamenta dicendi sequuntur. Crebro itaque illud audies: „pure et ornate scribit Sempronius, sed obscurus est." Nimirum hoc volunt, quod non audent eloqui clarius: qui intelligi non possit, eum nec debere legi, et absurde, frustra certe, doctum esse, cujus nemo percipere doctrinam possit. Operae pretium esse putamus, errorem, qui in ea re versatur, aperiri, atque, si sperare fas sit, evelli penitus. Quod intelliguntur facilius, qui vitiose et absurde scribunt et loquuntur, illud non est ab ipsis vitiis orationis, in quantum sunt vitia, h. e., quatenus a regula et analogia recedunt, sed in quantum ea vitia ex esse referunt rationem illius sermonis, qui patrius nobis est, et a prima inde pueritia haustus. Intelligitur ergo Germanus, Gallus, Italus vitiose scribens aut ore proferens latina, apud suos cives, non quod corrupte loquitur, sed quod ad linguae ipsis notae rationes omnia accommodat: cum redivivus ille apud Frischlinum Julius, aut Tullius adeo, in tales homines delatus, juxta cum ignarissimis, quid sibi velit illorum oratio, assequatur. Quod quidem ita se habere inde intelligitur, quod Germani hominis orationem Latinam, eo quidem sensu dictam, quem initio posuimus, intelligunt Germani, vel Germanicae consuetudinis periti; Galli similiter Italique sui quisque civis orationem Semi-Latinam percipiunt facile: sed epistolas obscurorum virorum, iis certe locis, ubi germanizant, non assequuntur Galli aut Itali, non magis quam Coccaji Merlini Maccaronica explicabit Italici sermonis imperitus, aut qui Gallice nesciat M. Passavantii responsivam epistolam ad commissionem Petri Lyseti *). Illud usque adeo certum est, ut nominare possim, si opus sit, viros per Germaniam celebres, et suo merito nobiles, eosdem vix notos exteris, quod illi eorum libros, Latinos licet, hoc est, Latinis majorem partem vocabulis conscriptos, legere non curant, quos nimirum non intelligant: qui tamen faciles et elegantes, si Diis placet, videntur suis civibus: idem etiam eveniret exterorum libris apud Germanos: nisi nostra gens tantum amplecteretur linguas vicinorum suorum, quantum nostra lingua ab illis negligitur. Satis itaque apertum videtur, qui vitiose scribunt, eos non ideo faciles videri suis civibus, quod parum Latine scribunt, sed quod ad patrii sermonis speciem*

---

*) Mém. de Littérature, Tom. II. pag. 106 sqq.

propius accedunt. Eadem etiam intelligere licet cur difficultas crimini detur his, qui emendatius accuratiusque scribunt. Nimirum multi sunt, et forte major eorum pars, qui Latine scire videri volunt, qui non ex bonis libris, ex hominum adeo Romanorum consuetudine hausere, si quam habent Latinae linguae peritiam; sed paulatim verbo primum reddere verbum didicere, deinde statim ad recentium hominum et civium suorum scriptu provolarunt, quorum proinde orationi semi-Germanicae adsueti, non facile intelligunt, quae ad normam Latinae consuetudinis exacta sunt. Est et illa non praetereunda causa. Formulas quasdam dicendi pulcherrimas, vel quod in libris occurrunt, qui vulgo in scholis non praeleguntur, vel casu nescio quo, neglexerunt fere ii etiam, qui majorem vulgari facultatem scribendi consecuti sunt. His porro formulis cum utuntur alii, qui pleniore haustu de Latinis fontibus biberunt, obscuri fiunt imperitis, et injustissimo premuntur crimine: qui tamen illam quasi mercedem vel compensationem hujus quam perpetiuntur injuriae referunt, ut scriptiones eorum, quas obscuritatis accusant obscuri et luscitiosi homines, tum viventibus longe lateque probentur, qui judicare aliquid de his rebus possunt, tum in manibus et deliciis post illorum fata habeantur, quamdiu homines erunt, qui Latinam linguam colent, qua ut communi quodam vinculo non qui una vivunt modo cultiores doctrina homines inter se devinciuntur, sed infinita numero, quae a bis mille fere annis inde floruerunt ingenia praeclara, posterioribus semper priora innotescant, eorumque tum doctrinam, tum voluptatem adjuvent.

Perquam accurate, si quid video, hac ipsa quidem expositione Gesnerus noster id praesertim assecutus est, ut tam e nimia latinorum nostri temporis scriptorum ad patriam linguam accommodatione, quam ex angusta illa mereque scholastica nostra scriptorum antiquorum pure latinorum notitia ingentem istam librorum, vere latinam linguam redolentium, raritatem exortam nos doceret. Quantum vero nostrae rei illustrandae hoc conveniat, exinde affatim patet, quod, qui ob causas modo memoratas in universum pure latino sermone scripta sua exhibere nescierunt, *compendiis* quibusdam systematicis genuino idiomatis istius candore exornandis multo adhuc minus apti apparere debuerunt. Prouti enim summo tantum artis exercitio vel peritissimus quisque nodos illos expediet, quos praegnans revera et coarctatum scribendi genus compendiis exarandis jure meritoque destinatum ubicunque fere nobis objicit: ita eorum vires tanto labori superando mox defuturas arbitremur necesse est, qui ne prolixiorem quidem

sermonem suum, nullisque elementorum finibus circumseptum, vero Latinae linguae ingenio accommodare didicerunt.

Quum nulli profecto dubitemus, quin causae, cur ad perniciosum illud patrii sermonis in rebus latine scribendis obsequium tam multi jam deflexerint, intento lectorum animo juste jamjam obversaturae sint: hancce ipsam quaestionem missam facientes, illi potius perscrutandae operam navemus, quae veram concernit illiberalis nostrae veterum scriptorum latinorum lustrationis, a Gesnero supra memoratae, originem.

Prudenter quidem ab iis, quorum circumspecto moderamini res nostrae scholasticae demandatae fuerunt, hoc etiam diu jamjam cautum est, ne cujusvis farinae scriptores discipulorum exercitio transmittantur, et ne, quod ad Romanos praesertim attinet auctores, eorum in locum, qui merito suo *classici* nobis dicuntur, pro variantibus forsan praeceptorum nonnullorum studiis, alii succedant, a tam eminenti honoris fastigio distincte removendi. Valde tamen optandum fuisset, ut ii viri docti, qui huic discernendi normae tam strictam fidem praestiterunt, eam quoque rationum diversitatem rite pensitantes, quae inter puerorum vel juvenum, cursui scholastico inhaerentium commoda, et virorum gravibus vitae civilis negotiis addictorum desideria intercedit, alium plane eundemque longe uberiorem veterum scriptorum delectum *hisce* commendassent, quam *illis*. Quod quum neutiquam factum sit, plurimi eorum, qui latino sermone litteras pertractare instituerunt, angustiorem illam disciplinae scholasticae regulam nunc quoque sancte prosequentes, omnes statim veteres auctores hujus in censum non vocatos imitari detrectarunt. Hinc inde vero, nisi egregie fallor, illud quoque accidit, ut haud exiguus rerum atque idearum ab ipsa antiquitate rite perspectarum numerus, sequioris tantum aetatis auctoribus usitatus, ab iis adeo nostrorum temporum scriptoribus plane ignoraretur, quorum in causa permultum valere potuerit. Siquidem mirum in modum ea semper mihi arriserunt, quae Carol. Gottl. Schelle tom. I. libri sui egregii, cui titulus: *Welche alte classische Autoren, wie, in welcher Folge und Verbindung mit andern Studien soll man sie auf Schulen lesen? Leipzig* 1804. 8., pag. 13 seq. hanc in partem ita statim protulit: *Sobald man die lateinische Sprache als ein organisches Ganze betrachtet und in Erwägung zieht, so wird man den Ausdruck der spätern Römer an Kürze, Bestimmtheit und an Nüançen mancher, durch die grössere Verfeinerung oder Ueberfeinerung des gesellschaftlichen Lebens unter der Kaiser-Regierung erzeugten Begriffe des gesellschaftlichen Tons merklich weiter vorgerückt finden. Die beyden Plinius, Seneca (abgesehen von seinen, mehr als Individuum ihm eignen*

Pointen), Tacitus, Properz, Persius, Martial, Juvenal auf der einen; Sueton, Petron, auch schon Horaz (so wie indirect Persius und Martial) auf der andern Seite können dafür zum Beleg dienen. In beyden Hinsichten wäre also Cicero, gegen die gemeine Meinung, nicht das höhere, und noch weniger das einzige Urbild. Schon in seinem Zeitalter übertrifft ihn Julius Caesar an genialischer Simplicität. Es dünkt mich eine ganz falsche Ansicht, in der erwähnten Beziehung — ich sage nicht auch rücksichtlich der äussern Eleganz — die Sprache der Römer bis in das erste Drittheil des zweyten Jahrhunderts nach Christi Geburt im Rückschritt zu sehen.

Congruenter omnino, si quid video, b. Schellius haec ita praecepit. Quicunque enim, ut paucis tantum exemplis utar, varia illa Quinctiliani, Pliniorum, Gellii, Columellae, Senecae utriusque, quin imo Scriptorum Historiae Augustae, et rei agrariae, volumina curatius perlegerit, quoad ipsam adeo bene scribendi rationem bonae frugis plena eadem cognoverit, necesse est; dummodo illiberali quodam unius forsan Tullii obsequio genuina oculorum acies misere nondum perierit. Quid quantumque ii viri docti jam praestiterint, qui stricte hocce consilium exsequi non dubitarunt, vel ea ipsorum nos docent compendia, quibus variae longe recentioris temporis disciplinae haud vulgari quidem latini sermonis elegantia pertractantur: id quod e juridicorum compendiorum numero v. gr. Gödii, professoris antehac Gottingensis, *juri Germanico privato*, ao. 1806. Gottingae in lucem emisso, et Joh. Jac. Mascovii, insignis quondam nostrae Academiae luminis, *de jure feudorum in imperio Romano-Germanico libro singulari*, anno 1763. Lipsiae tertia vice publicato, juste sane tribuitur. Quid? quod ne eorum quidem exempla desunt, qui philosophicas adeo disciplinas perquam venusto suo latinae linguae hunc in finem usu accuratioribus tironum studiis efficaciter omnino commendarunt: affatim scilicet constat, quantopere hanc praesertim laudem Wyttenbachii v. c. *philosophiae logicae praecepta* mereantur, novissime quidem a Maasio recognita (Halae et Berolini 1820. 8.).

EXCURSUS OCTAVUS.

De accurata exegetica fontium juris pertractatione, hodie imprimis enixe desideranda.

Ad pag. 20.

E plane singulari eorum juris scripti Romani librorum, qui Corporis Juris Civilis nomine consignantur, per nostras

terras auctoritate, et postquam strenuo nostro erga fragmenta huic collectioni inserta quoad rem privatam regundam obsequio, popularis adeo juris sanctitatem confringente, si quis hoc praejudicium adduxerit, consuetam jurisprudentiae nostrae tractationem in ipsis fontium capitibus rite perscrutandis praecipue versari: haud paucis omne quidem punctum hac sententia sua tulisse videretur. Nihilominus tamen valde a vero aberrasset. Etenim fontium loco diu jamjam commentatores, iidemque recentiores, tironum instituendorum provinciam sibi vindicarunt, eoque constantius conservarunt, quo magis summa juris principia pro temporis et casuum indole sub latissimo interpretationis praetextu aut constringere aut differre, per hanc rationem ipsis licuit. Quo factum est, ut sensim sensimque in ipsis adeo judiciis variantia commentatorum effata iis aequipararentur, quae in fontibus stricte sancita essent. Ideoque vel nostris temporibus communis hic est plurimorum jurisconsultorum usus, ex quo dicta sua Doctorum magis auctoritate, quam legum ipsarum rigore fulcire conantur; constatque inter omnes, permultas dicasteriorum decisiones inveterato solum sententiae e noto quodam scriptore depromtae valore defendi; quum contraria omnino appareant, quae in fontibus hac ex parte leguntur.

Sed quae ita facta sunt, male plerumque facta esse, quemlibet cum naturalis legum item atque commentatorum indoles, tum ipsa experientia pragmatica affatim doceant necesse est. Veniam igitur concedet lector benevolus nobis, aliam, non ignotam quidem, sed plane jam neglectam, eandemque consueta multo praestantiorem viam breviter nunc commendaturis: eam nimirum, quae in *exegetica* validissimarum legum disquisitione primarie omnino versatur. „Quotidianum sane et valde tritum remedium!“ Utique profecto, quoad omnes plane litterarum partes; sola recentiori jurisprudentia excepta. Siquidem quae de scholis Romanorum juridicis Berytensi item atque Constantinopolitana referuntur: ejus discipulos fere omne cursus litterarii spatium difficilioribus fontium locis explicandis transegisse, dilucide quidem probant, accuratam fontium ἐξήγησιν tunc temporis sancte servatam esse, sed nullo tamen modo consuetam recentioris aevi disciplinam tangunt. Quapropter eo vehementius optandum, ut melioris notae jurisconsulti per utilissimam illam exegeticam fontium praestantiorum perscrutationem, in aliis doctrinis excolendis diu jam adhibitam, ad eandem metam in sua quoque palaestra appetendam distincte provocarentur. Optimum profecto hujus rei exemplum Theologi nobis praebent, quorum quidem doctrina durante medio aevo molestissimis scholasticorum argutiis misere

perturbata, tunc demum renata integritate sua gavisa est, quum audaces quidam viri docti, classicorum auctorum ingenio nutriti, eruendo genuino scripturae sacrae sensui vitam omnem et industriam pie consecrantes, infaustumque verbosorum interpretum farraginem longe propulsantes, summa fontium praecepta puris fontium verbis exhibere consuevissent.

Revera qui in theologia scholastici scripturae sacrae interpretes, iidem in jurisprudentia Corporis Juris glossatores fuerunt; quorum improbus labor, neglecta omni intentiori explicandi virtute, in mero verborum aucupio gloriolam quandam quaesivit. Indeque fieri non potuit, quin perniciosa illa sequeretur jurisconsultorum pragmaticorum in legibus applicandis titubatio, quae, diversissimorum interpretum fori usu diu jamjam receptorum auctoritate misere constricta, justum ex hoc labyrintho exitum nunquam fere attigit.

Efficacem vero hujus ipsius mali medelam quum tunc tantum jurisprudentiae nostrae paratum iri statuamus, si causae ejusdem rite a nobis perquisitae fuerint: nostrum etiam erit, vicissitudinum illarum, quas methodus juridica tantopere experta est, vel aliquam nunc rationem habere.

Et ab initio quidem hoc moneamus necesse est, omnem jurisprudentiae romanae juste pertractandae originem in stricta fontium exegesi re vera positam fuisse: quoinde sequitur, nihil plane aliud hodiernis quoque studiis Themidem Romanam spectantibus a nobis vindicari, nisi item illud, *quo et* ipsius populares eandem semper celebrarunt. Ex quo nimirum mera illa jurisprudentia formularia, quae Flaviani pariter atque Aeliani juris nomine circumferebatur, in veras duodecim tabularum, edictorum atque plebiscitorum interpretationes transiit, ipsa exegetica docendi methodus tantum apud jurisconsultos romanos vigorem nacta est, ut vel dogmaticorum scriptorum usus fere totus ab eadem penderet: quod cum aliorum, tum Sabini scriptis evenisse constat. Seriori vero tempore, Imperii Romani sede in Orientem translata, et graeca lingua latinae paulatim substituta, jurium praeceptores a priori via eo minus deflectere potuerunt, quo instantius vel in foro accurata eorum juris fontium exegesis desiderabatur, qui, licet antiquato idiomate concepti, in negotiis tamen regundis fere solam normam praebere perrexerunt. Neque peritior quisquam inficias ibit, quam plurimos eorum jurisconsultorum romanorum, qui per tria priora saecula p. Ch. n. vixerunt, praeclare in hoc opere versatos fuisse. Affatim enim fragmenta ipsorum, juri Justinianeo inserta hodienum quoque testantur, quanto ingenii acumine sermonisque suavitate, quantaque forensis quoque usus perspicacia iidem genuinum tam edictorum, quam legum popu-

lucidum sensum depromere atque interpretari soliti alias; Quare lubenter tum illis ipsorum laudibus accedimus, quibus non solum a Bynkershoekio (in Observatt. jur. rom., L. VII. cap. 24., et L. VIII. cap. 15.) aliisque magni nominis jureconsultis, verum etiam a Leibnitio nostro (in epist. ad Ern. Kestnerum pag. 254. T. I. Operum a Lud. Dutensio editorum), a Cellario (pag. 95. P. I. Dissertt. acadd. a Walchio editt. Lips. 1712. 8.), et a Gesnero (in observv. ad Heineccii fundam. stili cultioris, Lips. 1761. 8. pag. 76.) istarum praecipue virtutum gratia merito suo ornati fuerunt; tum geminam eorum veritatem agnoscimus, quae Davides Hume, celeberrimus ille Anglorum historicus, circa insignia Jurisconsultorum Romanorum merita, in quarumcunque humaniorum litterarum monumentis conservandis atque defendendis affatim conspicua, pag. 315. Vol. III. operis sui notissimi, cui titulus: *History of England*, (Lond. 1763. 8.) hoc tenore monuit: *It is remarkable, that in the decline of the Roman learning, when the philosophers were universally infected with superstition and sophistry, and the poëts and historians with barbarism, the lawyers, who in other countries are seldom models of science and politeness, were yet able, by the constant study and close imitation of their predecessors, to maintain the same good sense in their decisions and reasonings, and the same purity in their language and expression.*

Pedetentim tamen infaustus ille meliorum litterarum interitus, qui a quinto inde post Ch. n. saeculo una cum saevissimis exterarum gentium incursionibus bene partam Romanorum gloriam tam graviter oppressit, in eo quoque effectum suum comprobavit, quod ipsum adeo jurisprudentiae studium ne per accurata quidem *Justiniani* praecepta, in Constitutione *Omnem* vel hodie nobis conspicua, ab interna labe sua rite servari posset. Mascula enim fontium exegesis, huc usque usitata variis aliarum litterarum subsidiis quo melius adjuta fuisset, eo velocius quidem, solido hocce pristini vigoris fundamento plane jamjam deficiente, a priori indole degenerare coacta est. Ideoque communis temporum barbaries vel jurisconsultorum palaestram tam graviter mox invasit, ut pereruditae illae interpretandi elegantiae, quibus Ulpiani, Papiniani, Pauli atque Modestini commentaria tantopere eminuerunt, stultissimis istis *glossarum* ineptiis mox cedere deberent, quae, non nisi vero antiquioris juris sensu misere contorto, breves quasdam ejusdem particulas in sui temporis utilitatem transtulerunt. Et revera vix aliter fieri potuit, quin iidem illi, qui, luxuriae item atque desidiae peste misere affecti, improbissimam clericorum superstitionem, ab ingenua christianae religionis natura

longe quidem remotam, sed nefarie tamen derivatam, cupide omnino amplexi sunt, quique his ipsis ducibus et antesignanis imprudentissimo rixandi studio religionis adeo mysteria contaminarunt — quin, inquam, iidem perquam liberalem istum humaniorum litterarum amorem, in quo veteres illi jurisconsulti gloriam suam posuerunt, in factis item atque dictis suis penitus tandem ejurarent. Quo argutiores vero in rebus suis explicandis quaestiones fere implacabilem jurisconsultorum tunc viventium animum conturbarunt, eo facilius etiam evenit, ut hi ipsi legum doctores, a glossis suis conscribendis ad easdem per nova glossemata explicandas conversi, veraeque exegeticarum interpretationum naturae male memores, dogmata quaedam universalia discipulorum perceptui inculcare, quam genuina fontium verba de plano tantum illustrare mallent. Itaque ex arctissimis illis *catenarum*, *summariorum* atque *paratitlorum* initiis quum vehementior in dies disputandi pruritus immensum profecto excursuum item atque dilucidationum farraginem produxisset, primitiva fontium ipsorum placita fundamenti quidem loco posita; sed plane divergentibus explicandi subsidiis ad internecionem usque obruta sunt. Neque aliter haec omnia sese habuerunt in jurium scholis celeberrimis, per diversa medii aevi tempora florentibus: Bononiensi nimirum inter Italos, Tolosana vero, Aureliana et Biturigensi inter Franco-Gallos; quarum quidem antecessores praestantissimi, Irnerius, († 1150.) Azo, († 1200.) Accursius, († 1259.) Bartolus, († 1355.) Baldus, († 1400.) Corasius, († 1572.) Ferrerius, († 1585.) Bertrandus, († 1594.) Forcatulus, († 1586.) Fornerius († 1590.) et Baronius, († 1550.) pristinam illam docendi methodum, cujus modo mentionem injecimus, fere omnes exemplo suo defenderunt.

Quae quum ita fuerint, salutaris depravati studii commutatio a solis jureconsultis vix ac ne vix quidem initium capere potuit: et fausto profecto omine evenit, ut sagacissimi quidam aliarum litterarum instauratores jurisprudentiae quoque succurrerent. Siquidem ii ipsi viri perillustres, qui in omni humanitatis disciplina resuscitanda praeclaras ingenii dotes tam studiose collocarunt, ut puta: Angelus Politianus, († 1494.) Joh. Reuchlinus, († 1522.) Erasmus Roterodamus, († 1530.) Adrianus Turnebus, († 1565.) Dionysius Lambinus, († 1572.) Robertus Stephanus, († 1568.) et Phil. Melanchthon, († 1560.) hac eadem virium intentione id praecipue effecerunt, ut accuratior Gregorii Haloandri, († 1531.) Andreae Alciati, († 1550.) Joh. Sichardi, († 1552.) Aimari Ranconeti, († 1560.) Antonii Augustini, († 1586.) Francisci Duareni, († 1559.) Francisci Balduini, († 1573.) Lelionis Taurellii, († 1576.) Lodovici Rus-

sardi, († 1580.) atque Antonii Contii, († 1577.), in fontibus juris expurgandis et edendis diligentia, ab ipsis adeo inferioris ordinis jureconsultis pedetentim agnosceretur et in communem studiorum suorum usum adhiberetur. Hinc inde illud tandem fieri potuit, ut Jacobo Cujacio, celeberrimo illo Biturigensium antecessore, duce et antesignano, circumspecta quaedam jurisprudentiae pertractandae ratio, huc usque plane ignorata, mirifice mox efflореret. Qui quidem vir excellentissimus, (nat. 1522, denat. 1590.), exemplo item atque scriptis primus docuit, quomodo laetissimi subsidiorum historicorum et philologicorum tunc demum patentium fructus cum multiplici eruditionis juridico-dogmaticae farragine, puris fontium praeceptis studiose superstructa, ad meliorem fontium exegesin parandam rite conjungi possent.

Percontanti vero cuidam, cur tam pauci sequentium temporum jurisconsulti Cujacianae virtutis vestigia secuti sint, id tantum respondendum erit, plurimum hac in re valuisse ingentem favorem illum, quo inde a saeculi decimi septimi initiis cujusvis generis *compendia* juridica ubique fere excepta sunt: quorum quidem compendiorum accrescens in dies multitudo e nimia discentium festinatione, pariter atque illiberali docentium desidia prae ceteris exorta est. Quamvis enim pure concedendum sit, ob dilatiores litterarum jus ipsum corroborantium fines coarctatam compendiorum methodum magis in dies iis arridere debuisse, qui haud imprudenter Ariadneo quodam per hocce labyrinthum filo sibi opus esse censerent: stricte tamen prudentior quisque hoc defendet, perquam inconsultam eorum opinionem, quibus mere compendiaria juris pertractandi via unice tantum satisfecit, duabus illis rationibus supra memoratis maxime sane stabilitam et quasi enutritam esse.

Seriori tamen tempore alia quoque eaque satis memorabili causa id effectum est, ut nociferus doctorum complurium compendiariam sapientiam enixe prosequentium error in mascula fontium exegesi e scholis eliminanda tam infauste praevaluerit: usitatior scilicet ille philosophandi pruritus, qui e nullo plane litterarum campo perquirendo prius discessit, quam e systemate suo philosophico normam illi praestituisset, a nemine negligendam, cujus ingenio sui temporis rationes prae reliquis exosculandae viderentur.

Prouti enim jam antehac ob philosophiae studium aliquatenus quidem renatum in jurisconsultorum quoque scholis diu praevaluit methodus illa Ramistica, cujus imaginem praeter alios jurium scriptores Math. Wesenbeckius in libro suo *de juris arte et scientia comparanda*, *Lipsiae* 1584. 8., pellu-

sidu nobis exhibuit: ita vel recentiores istae methodus, quae inde a prioribus saeculi decimi octavi studiis jurisconsultis nostris tantopere placere coeperant, *demonstrativa* nimirum atque *axiomatica*, ex provectiori philosophandi impetu huic ipsi tempori distincte tribuendo vigorem suum prae caeteris consecutae sunt. Quod quidem de axiomatica docendi methodo in specie dicendum est; quippe cujus auctoritas sub Heineccianae gloriae auspiciis eo usque paulatim accrevit, ut, excussa mathematica seu demonstrativa expenendi ratione, vel sola principatum quendam in scholis juridicis nancisceretur.

Pro naturali autem ingenii humani indole quum huic adeo methodo e suae prudentiae subsidiis novi quidquam addere, quam in prioribus vestigiis acquiescere legum doctores mallent, genuinus ejusdem habitus ita paulatim commutatus est, ut vel communi hucusque compendiorum juridicorum normae atque prototypo — ordini isti legali, ex ipsis fontibus repetito — dispositio quaedam *systematica* substitui soleret, quae mere voluntariam tantum rerum seriem agnovit. Nolumus quidem inficias ire, haud spernendis quibusdam docendi item atque discendi commodis distinctum in nostra studia effectum hac ratione affatim profecto contigisse: at certissime tamen hoc persuasum nobis habemus, deplorabilem illam exegeseos juridicae in celeberrimis jurisconsultorum scholis desuetudinem nulla alia re tam aperte adjutam esse, quam inconsulto mere systematicorum compendiorum usu, ubicunque fere vigorem suum exercente.

Siquidem ad quod propria compendiorum, legali ordine conceptorum, indoles opportune omnino lectores suos invitavit: ut singulos fontium titulos cum praeceptivis compendii verbis conferentes, accurationem statim illorum intenderent exegesin: id artificiosa omnino systematicorum librorum conditio, ab ipsa fontium serie longissime recedens, vetare potius, quam expetere visa est. Quare plurimi eorum, qui juri in Academiis operam navarunt, pro genuinis fontium effatis solas doctorum sententias amplectentes, eam jurisprudentiae nostrae conditionem provocarunt, qua quam misere nunc omnes crucientur, supra jam monuimus.

At vero propria negotiorum civilium nostrorum indoles quo, implicatiores juris controversias quotidie nobis decidendas praebet, ipsaque universa morum popularium conditio quo stabiliorem jurisprudentiam stricte sibi expostulat, eo intentius profecto id curemus necesse est, ut proxime jam imminens illud labantis juris periculum non longe solum profligamus, sed vel radicitus evertamus. Quem in finem circumspicientes, vix aliud quidquam tantopere nobis profuturum percipiemus,

nisi hoc, ut, quod supra nos jam suasimus, ex interiori nostra causarum, cum labe illa diu quidem connexarum notitia justam hujusce ipsius periculi medelam petamus.

Quatenus igitur distincte nobis apparuit, inconsulta quidem et plane incongrua ista philosophandi ratione, qui haud exiguus cum antiquiorum tum recentiorum jurisconsultorum numerus indulsit, accuratiori fontium juridicorum nostrorum studio damnum potius, quam commodum illatum esse, sed nequaquam tamen prudentiorem ejus usum praeceptis generalibus dogmatice ordinandis rite adaptatum e jurium scholis unquam exterminari debere: eatenus ad modum quendam efferendum animus noster applicandus erit, quo et verior fontium illorum exegesis juste restituatur, et systematica dogmatum juridicorum expositio caute adjuvetur.

Hanc ipsam vero studii juridici reparandi rationem in eo positam censemus, *ut quoad singula jurisprudentiae nostrae capita ediscenda systematico-dogmaticam summorum praeceptorum huc referendorum expositionem legum ipsarum eidem rei addictarum curatior exegesis, non iisdem quidem praelectionibus vel privatis tentaminibus, sed connexa tamen studiorum ipsorum serie, praegnanter ubique subsequatur.* Et eo minus profecto dubitamus, quin prudentiores legum doctores huic nostrae sententiae fidem suam concessuri sint, quo certius ea gravissima Justiniani ipsius auctoritate confirmatur; quippe qui §. 2. Inst. de justitia et jure (I. 1.) ita hac de re locutus est: *Incipientibus nobis exponere Jura Populi Romani, ita videntur posse tradi commodissime, si primo levi simplicique via, post deinde diligentissima atque exactissima interpretatione singula tradantur.* Quis enim est, qui non intelligat, Imperatorem his ipsis verbis elementarem juris delineationem exegeticorum studiorum ad prolixiores fontes spectantium verissimum praeconem nuncupasse?

Accuratius tamen ut omnis intentio nostra intelligatur, utramque ipsius partem separatim ventilare juvabit. Quod quidem expetituri, si ad illud statim docendae item atque discendae jurisprudentiae requisitum animum convertimus, vi cujus generalia tantum cujuscunque disciplinae juridicae dogmata systematico quodam ordine tironibus exponi debere dicebantur: perspicax illa Justiniani nostri prudentia iterum nobis succurit; qua duce ipse loco modo citato hoc quidem statuit: *Si statim ab initio rudem adhuc et infirmum animum studiosi multitudine ac varietate rerum oneraverimus, duorum alterum, aut desertorem studiorum efficiemus, aut cum magno labore, saepe etiam cum diffidentia, quae plerumque juvenes avertit, serius ad id perducemus, ad quod leviore via ductus*

sine magno labore et sine ulla diffidentia maturius perduci potuisset. Aperte fateamur necesse est, hodienum quoque a permultis legum doctoribus iisdemque viris celeberrimis in eo graviter peccari; quod a primis inde cursus juridici initiis uberrima systematum suorum abundantia plane inpraeparatos tironum animos ita disturbant et obruunt, ut hi ipsi, haud mediocri synoptici conspectus beneficio perperam privati, latissimos jurisprudentiae nostrae campos ancipiti tantum gradu pererrent, et nullam nisi incongruam prorsus eorum acquirant notitiam. Quibus quidem vitiis ne in posterum quoque instituendi modus laboret, id praesertim cuicunque docentium curae cordique esse debebit, ut *multum* potius, quam *multa* porrigat discentibus; quippe quorum inculto plerumque et rerum disquirendarum male capaci ingenio multo plura caute instillanda, quam raptim infundenda esse videntur.

Ad alterum vero methodus juridicae bene comparatae momentum, in diligenti atque exacta uberiorum fontium interpretatione positum, conversi, eo praesertim docentibus enitendum arbitramur, ut consulta casuum controversorum in his fontibus vel directe memoratorum vel indirecte latentium expositione genuinum tironum judicium magis magisque exacuant. Etenim praecedens ista principiorum generaliorum enucleatio uti synopticam potius perceptionem juvare, quam omnibus dogmatum apicibus sese implicare debet: ita subsequens haecce singulae cujusque materiae perscrutatio eo praecipue dirigatur necesse est, ut ex ipsis variis causarum figuris genuinus praxeos juridicae in theoria restringenda effectus prudenter constitui possit. Nolo jamjam diffiteri, me, quodammodo saltem, glossatorum quorundam partes hac in re sequendas putare, quas Hugolinus a Presbytero ab Ill. Savinaeo citatus, in *Materia ad Pandectas* not. 4. hoc tenore nobis descripsit: *Modus in legendo, quem observare consuevimus, quadripartito progressu quasi quibusdam quatuor metis et terminis distinguitur: primo casum simpliciter et nude exponimus: secundo contraria assignamus et solutiones adhibemus: tertio argumenta ad causas de facto annotamus, quae loci generales, vel generalia, vel vulgariter brocarda appellantur: ad ultimum quaestiones movere et discutere consuevimus, vel statim in lectione, vel in vesperis pro sui difficultate prolixiori disputationi reservare differendo.* (Vid. *Geschichte des römischen Rechts im Mittelalter, von F. C. v. Savigny,* **3ter Bd.** *Heidelberg* 1822. 8., pag. 510 seq.)

Quaecunque autem emendatior ipsorum fontium juridicorum pertractatio quum antecessoribus nostris eo melius processura sit, quo accuratius studium iidem in methodis juridicis

jam antehac receptis permanendis porro sollicitaverint: nihil profecto intentius exoptandum erit, nisi hoc, ut ne iis adjumentis omnibus probe sciteque uti praetermittant, quae circumspectiore nostri potissimum temporis accuratione undequaque paulatim congesta videmus.

Etiamsi enim hoc largiri nos oporteat, praeteritis quoque saeculis eos viros doctos prorsus neutiquam defuisse, qui romani praesertim juris methodologiam in exegetici studii fatis exponendis conspicuam depingere haud infeliciter conati essent (quorum quidem e numero Guidonem Panzirolum nominasse sufficiat): peritiores tamen omnes in eo nobiscum convenient, vel praestantissima prioris aevi studia in hanc rem collata ab uberrimis illis longe superata esse symbolis, quas eodem respectu non solum Mauro Sartio, sed, ut alios taceam, pariter quoque Hauboldo, Wenckio, Cramero et Hugoni, nuperrime vero Savinaeo debemus. In specie quidem perillustris ille scholae historico-juridicae coryphaeus, plane singulari meritorum numero resplendens, Savinaeus, in opere historico supra citato, quod his ipsis diebus, tomo sexto emisso, exacte consummatum laetamur, difficillimos quosque historiae juris romani litterariae nodos tanto successu expediit, tamque gravia fontium huc usque incognitorum vestigia et exempla publici statim juris fecit, ut novam sane harum rerum tractandarum periodum ab ejusdem studiis computare, simul vero novam quoque laborum huc pertinentium viam inde experiri, eos omnes deceat, qui tali modo vitam vitalem vivere, non plane fuerint dedignati.

Quorum vero subsidiorum causa quamvis viros judicio item atque diligentia praestantes nobili huic palaestrae exornandae nunquam defuturos arbitremur, in eo tamen ipsos admonendos judicamus, ut ne per nimis minutum tantum temporum ac rerum ambitum studii sui curas disponant. Ex angustiore nimirum spatii disquirendi confinatione in hoc rerum delectu illud plerumque malum fluit, vi cujus, praejudiciorum catenis alligati, in summis materiae nostrae apicibus defendendis male sedulam operam perdentes, quae contra moneri possent, inconsulte omnino negligimus.

Sed ne morosiores temporum nostrorum censores habeamur, etiamnum quoque eorum spei aliquid concedamus, qui, praeclaris virorum quorundam illustrium exemplis suffulti, ne futuri quidem aevi eruditos nobiliorem illam historiae juris litterariae intentionem plane praetermissuros esse confidunt, cujus genuinam imaginem ipse Savinaeus, tomo tertio operis supra laudati, pag. XI. seqq. praefationis, optime sane hisce

verbis delineavit: *Wenn man in der Geschichte einer Wissenschaft die Eigenthümlichkeit verschiedener Zeitalter mit einander zu vergleichen unternimmt, so kann man dabey einen zwiefachen Standpunkt wählen. Man kann erstens auf die einzelnen Entdeckungen sehen, welche als reiner Gewinn eines jeden Zeitalters zu betrachten sind: und diese pflegen wohl auf spätere Zeiten überzugehen, ja selbst das Andenken der Entdeckung wird sich dabey leicht erhalten. Zweytens aber kann man auf den wissenschaftlichen Charakter der einzelnen Zeitalter sehen, gleichsam auf die persönliche Darstellung, zu welcher in einer bestimmten Zeit die Wissenschaft in ihren bedeutendsten Individuen, und in dem gemeinsamen Wirken derselben, gelangt ist. Dieser wissenschaftliche Charakter einzelner Zeitalter pflegt aber, sobald bedeutende Umwandlungen eintreten, oft spurlos zu verschwinden, und selbst die Erinnerung an denselben geht wohl gänzlich verloren. Und doch kann die fortgehende Betrachtung dieses wissenschaftlichen Charakters vergangener Zeiten sehr lehrreich und fruchtbar werden. Denn jedes Zeitalter hat seine eigenthümlichen Vorzüge und Nachtheile, und in keinem einzelnen ist der Geist der Wissenschaft ganz und ungetheilt wirksam. Wäre es nun möglich, der eigenen Kraft unserer Zeit auch noch die Kräfte der edelsten unter den vergangenen Zeitaltern hinzuzufügen, so würde sich die unsrige dadurch erhöhen und vervielfältigen. Nicht selten wird es schon der Einzelne erfahren haben, wie er in entscheidenden Epochen seiner wissenschaftlichen Ausbildung durch die Berührung mit einem trefflichen Lehrer oder Schriftsteller bedeutend gefördert worden ist, indem die fremde literarische Persönlichkeit verwandte, in ihm schlummernde Kräfte angeregt und frey gemacht hat. Dasselbe wohlthätige Verhältniss nun, in welchem so der Einzelne dem Einzelnen hülfreich werden kann, lässt sich auch zwischen ganzen Zeitaltern denken; und es würde darauf ankommen, das Mittel zu finden, um die untergegangenen Zeitalter der Wissenschaft dergestalt wieder zu beleben, dass sie gleich geistvollen Lehrern erweckend und kräftigend auf uns einwirkten. Eine solche Wiederbelebung aber ist in gewissem Grade möglich durch gründliche und lebendige Behandlung der Gelehrtengeschichte; indem durch diese der Geist vergangener Zeitalter in uns zur Anschauung gebracht, und so zur Anregung verwandter Kräfte in uns befähigt wird. Und so hat die Gelehrtengeschichte den hohen Beruf, dem geistigen Leben vergangener Jahrhunderte nicht nur Ehre und Ansehen, sondern auch fortgehende Wirksamkeit zu erhalten.*

Quis est, qui dubitet, bene partam laudem omnibus iis largiter accessuram esse, qui solida ista Savinaei nostri quoad Jurisconsultorum res litterarias investigandas et enarrandas vestigia prementes, id praecipue curaverint, ut, insignibus veterum virorum doctorum de mascula fontium juris exegesi meritis expositis, nostri quoque temporis doctrinam et praesidia ad eandem metam appetendam rite exhortentur?

EXCURSUS NONUS.

De primitiva errorum a Scholasticis commissorum origine, longeque patente ipsorum per sequentia quoque tempora valore.

Ad pag. 21.

A resuscitato inde humaniorum litterarum studio quo difficiliorem curam viri praestantissimi in eo collocare debuerunt, ut quascunque fere disciplinas ab inveterata illa Scholasticorum barbarie juste paulatim repurgarent: eo saepius etiam evenit, ut primam hujusce originem e justis fontibus repetere anniterentur. Qui quidem labor quum neutiquam ipsos fefellerit, communi quodam consensu eam potissimum hac de re sententiam fere ubique nunc receptam videmus, vi cujus non solum tristissimis sectarum religiosarum controversiis, genuinum christianae religionis cultum misere depravantibus, verum etiam hierarchico Paparum de quibuscunque liberioribus ingeniorum studiis imperio, nec non desidioso isti monachorum extra ecclesiam puerilibus tantum negotiis vacantium habitui item atque contortae scriptorum Aristotelicorum transmutationi, ex mira Averrhoïs et Avicennae reliquorumque virorum doctorum inter Arabes celebrium doctrina repetendae, vera scholasticae philosophiae origo prae ceteris adscribitur. Ideoque tantum profecto abest, ut hanc ipsam sententiam, cum ab aliis passim scriptoribus, tum ab Adamo Tribbechovio in *libr. sing. de Doctoribus Scholasticis et corrupta per eos divinarum humanarumque rerum scientia*, *Giessae* 1665. 4., pag. 33—59. luculenter omnino expositam, novis quibusdam conjecturis infringere praesumamus, ut non nisi ultimam ejusdem partem hic breviter notandam arbitremur.

Siquidem ex quo propinquiorem quandam Aristotelicae philosophiae notitiam ex ipsis auctoris scriptis haurire studui, id praecipue satis probabile semper mihi visum est, non depravatis solum hujusce scriptoris versionibus, quae ex impura

Arabum cortina sibi tandem depromere nostrarum gentium eruditi per aliquod tempus consueverunt, usum ipsius miserrimum a Scholasticis exortum adscribendum esse, — cui quidem rei accuratius eruendae atque comprobandae per Jordanii librum franco-gallicum, Lutetiae Parisiorum 1819. 8. publicatum, eundemque nuperrime inter nostrates quoque vernacula versione sub titulo: *Geschichte der Aristotelischen Schriften im Mittelalter: eine gekrönte Preisschrift von Jourdain; aus dem Französischen übersetzt von Adolph Stahr, Halle* 1831. 8. exhibita divulgatum, nova quaedam notatuque dignissima subsidia nunc allata videmus — verum etiam *genuinum illum scribendi item atque disserendi modum, quam plurimis sane Stagiritae ipsius scriptis originariis proprium*, hic maximi ponderis fuisse. Nisi graviter ego deceptus sim, eorum saltem lectorum, qui ad scripta illa perscrutanda sine praejudiciis accesserint, ingenium difficultates illas haud ita diu praetermittet, quae logicae non minus quam grammaticae Aristotelicorum scriptorum exegesi e plane peculiari ipsorum habitu abunde affluunt. Spero itaque, fore ut viri quidam eruditi singulare illud dicendi genus apud Aristotelem occurrens Scholasticorum potissimum barbariei juste dehinc derivandae gratia perquirentes, idem illud in communem omnium usum fauste mox expediant, quod inter divergentia aliorum laborum conamina consequi mihi non licuit. Neque tamen omni eorum virorum doctorum commemoratione statim supersedere *posse* mihi videor, quibus simile quoddam hac de re se *obtulit* judicium; sed ut vera sententiae istius indoles accuratius statim cuicunque lectori obversetur, eorum aliquos saltem hic laudaturus sum.

Quorum quidem in numero ob temporis rationes primum locum occupat Joh. Ludovicus Vives, natione Hispanus, idemque Erasmo Roterodamo conjunctissimus; quem v. gr. libro I. scripti sui *de causis corruptarum artium*, pag. 353 Operum Basil. 1555. Fol. in lucem emissorum ita haec ipsa commemorantem audimus: *Ut Aristotelis obscuritas multum nocuit artibus, sic Scholasticorum in Aristotelem interpretationes artes omnes perverterunt. Non potuerunt recte Aristotelem exponere; et haec ipsa difficultas temeritatem et impudentiam exacuebat, ut tanto magis auderet quisque pro interpretamento adferre, quidquid in mentem venisset, quo minus refelli ac confutari posset inter tantas tenebras. Et quemadmodum vulgo dicunt, perturbatus amnis quaestui erat piscantibus. Dixi, quanta est ejus ex sententiis, ex verbis, ex tota dictione in graeca quoque lingua obscuritas; cui alia accessit, fortuitaque: versus est male ab imperitis, qui*

dum in latinum transferrent, nec latinum fecerunt, nec reliquerunt graecum; et ut difficile est, interpretari, quae non capias, nec a doctis quidem potuit recte verti, quia multis in locis non satis, quid ille sibi vellet, intelligerent. Tum etiam abundat ille et plane passim scatet historiis, fabulis, allusionibus ad Homerum, Sophoclem, Euripidem, Alcaeum, Hesiodum, omnes denique poëtas, oratores, historicos, ad proverbia et sententias vulgo receptas. Quid poterant in his dicere homines omnium ignari, praeterquam eorum, quae ipsi sibi finxerunt? Necesse erat eos, quod in aliis fecerant, hic quoque comminisci aliquid et fingere: et tamen hac difficultate ipsi abusi sunt ad suum commodum, ut minus deprehendi possent, quae prave contortissent: unde magnus accessit unicuique scholae ac sectae favor, tanquam ab se Aristoteles staret, tractus ab expositore, quo nunquam se Aristoteles venturum potuit suspicari.

E recentioris aevi eruditis quoad quaestionem nostram rite ventilandam haud exigua laude dignus nobis videtur Georgius Gustavus Fülleborn, antehac Professor Vratislaviensis: quippe qui sectioni nonae collectionis suae utilissimae, cui inscribitur: *Beyträge zur Geschichte der Philosophie, Jena und Leipzig* 1798. 8., pag. 170. seqq. sub titulo: *Bruchstücke über Aristoteles Philosophie und Manier*, observationes quasdam in re nostra permultum valentes eo praecipue animo inseruit, ut aliorum quoque diligentiae diversissima hujusce auctoris scripta strictius indaganda commendaret. Nullus itaque dubito, quin ex his monitis, serius tom. II. libri ejusdem auctoris cura editi, cui titulus: *Die Politik des Aristoteles, übersetzt von Christian Garve, herausgegeben und mit Anmerkungen und Abhandlungen begleitet von Georg Gustav Fülleborn* (Lips. 1802. 8.), pag. 3 seqq. denuo insertis, quaedam huc transferens, aequis lectoribus haud inutili officio functus esse videar. Statim vero, quae ipsa pag. 170. seq. occurrunt, memoratu satis digna mihi apparent: *Es ist seltsam, aber es ist wahr, dass die Menschen in der Philosophie mit den schwersten und abgezogensten Speculationen angefangen haben, und auf die Untersuchung des Concreten und ihnen vor Augen Stehenden, welche doch so viel natürlicher und leichter zu seyn scheint, erst spät gekommen sind. Was im Ganzen in dem Gebiete der Wissenschaften geschehen ist, das ist auch bey Behandlung jedes Zweiges der Philosophie insbesondere geschehen. In der theoretischen Philosophie speculirte man eher über den Anfang und Zusammenhang des Weltalls, als über die Erscheinungen und Aeusserungen der menschlichen Seele; eher über die*

Gesetze der Himmelskörper, als über die Gesetze des Denkens. In der Moral hat man über die Freyheit und über die Natur des höchsten Gutes eher und tiefsinniger nachgedacht, als über die einzelnen Pflichten und Charaktere der Menschen: in der Politik eher über den Ursprung der Gesellschaft und über den Bau einer vollkommnen Staatsverfassung, als über die bestimmten Maasregeln der Regierung zur Erreichung der näher liegenden und sichtbareren Zwecke des Wohlstandes, der Sicherheit und des Friedens. Dieser Geist der alten Philosophie ruht zwiefach auf dem Aristoteles. Er kannte zwar Alles, was die Geschichte bis auf seine Zeit von Factis gesammelt hatte; er besass die sämmtliche Gelehrsamkeit seines Zeitalters. Er kannte Griechenland, und den Theil der Erde, wohin Griechen gedrungen waren, nach seinen physikalischen und moralischen Beschaffenheiten so gut, wie vielleicht keiner seiner Zeitgenossen. Es sind in ihm auch sehr viele einzelne Erfahrungssätze über die menschliche Seele, den Verstand sowohl als das Willensvermögen, das Denken sowohl als die Handlungen betreffend, zu finden. Aber nirgends sammelt er diese Erfahrungen über den Gegenstand, welchen er behandeln will, zu einem Ganzen, um das Licht, welches sie darüber verbreiten könnten, zu vereinigen; nirgends macht er sie zur Grundlage, um sein System darauf zu erbauen. Er verweilt am längsten bey den allgemeinen Theorieen, bey denen er Erfahrung am wenigsten nutzen kann; er unterbricht oft gemeinnützige praktische Untersuchungen, um eine dazwischen fallende Frage über gewisse Elementarbegriffe ganz genau und spitzfindig zu beantworten, und vergisst nicht selten sein eigentliches Vorhaben über solchen gelegentlichen und beyläufigen Abörterungen. In der Untersuchung der besondern Gegenstände wendet er sich immer wieder an die abstractesten ersten Grundsätze, und leitet oft eine Entscheidung, die ganz klar in der Erfahrung liegt, und nur einen Schritt des Raisonnements erfordern würde, weitläuftig und durch eine Reihe von Schlüssen aus den Urbegriffen her. Die Erfahrungen und die Geschichte braucht er nur, um Begriffen, die er anders fasst, als sein Publicum gewohnt war, einen auffallenderen Schein von Wahrheit zu geben; in den meisten Fällen jedoch blos zur Ausschmückung seines Vortrags. Aber auch dann braucht er sie nicht immer mit der nöthigen Vorsicht und Bedachtsamkeit; denn man wird sehr oft finden, dass seine Beyspiele aus der Erfahrung und aus der Geschichte durchaus nicht passen. Besonders ist das häufig der Fall, wenn er zur Erläuterung intellectueller oder moralischer Aufgaben seine Beyspiele und

Analogieen aus der Physik und Naturgeschichte holt. Pariter deinde, quae pag. 175 seqq. leguntur, hic sibi locum jure suo vindicant: *Zwey Sachen verderben die Methode des Aristoteles, so wie sie die Methode manches andern Philosophen zerrütten. Die eine ist der Hang, die Untersuchung auf gewisse allgemeine speculative Fragen hinzuführen: die andere ist die beständige Rücksicht auf besondere Meinungen der Zeit oder berühmter Männer, die er um desto eifriger bestreitet, je mehr sie Eingang gefunden hatten. Es ist allerdings sehr natürlich, dass ein Philosoph, der seinen Schriften die Aufmerksamkeit des Publicums zuwenden will, die Meinungen, welche Aufsehn bey demselben gemacht haben, berührt; besonders wenn er sie zu bestreiten nöthig findet: allein bey Aristoteles ist die Neigung dazu offenbar viel zu gross; und es wäre für das Beste der Nachwelt und für die Brauchbarkeit seiner Schriften zu wünschen gewesen, dass er in den Augenblicken der Untersuchung seine Gelehrsamkeit mehr unterdrückt hätte. So ist es denn häufig der Fall, dass, wenn er auf dem besten Wege zu interessanten Untersuchungen ist, er durch irgend einen solchen Stein des Anstosses von der Bahn abgebracht wird: wo er dann weitläuftig erörtert, was der Leser* n i c h t *wissen wollte, und ihn dagegen über das unbelehrt lässt, worauf sich dieser gewiss gefasst machte. Diese beständigen Rücksichten auf andere Schriftsteller sind in den meisten Fällen Ursache, dass Aristoteles sich einbildet, seinen Satz unabhängig erläutert zu haben, wenn er doch eigentlich nur etwas in Beziehung auf diese oder jene Meinung eines Vorgängers angemerkt hat. Eben hieraus erklärt es sich auch, warum die häufigen* R e c a p i t u l a t i o n e n *nicht selten ganz andere Punkte nennen, als wirklich abgehandelt werden sind: ein Umstand, der Veranlassung gab, die Werke des Aristoteles für noch weit verdorbner und lückenhafter zu halten, als sie wirklich sind. Man wird überhaupt finden, dass das Recapituliren den alten Schriftstellern, besonders den Geschichtschreibern und Philosophen, sehr eigen ist. Es ist eine Folge und ein Beweis von einer gewissen Einfachheit, und Bemühung nach Deutlichkeit. Wie Homer, so schliesst Herodot jede Erzählung mit einer kurzen Recapitulation. Eben diese Wiederholung ist, ganz natürlich, dem Sokratischen Dialog eigen: von ihm ist sie bey Plato hängen geblieben: und von diesem, scheint es, hat sie Aristoteles angenommen. Der ganze Vortrag des Aristoteles hat in der That etwas dialogen-mässiges; daher begegnen uns Antworten, wo er sich Fragen gedacht hat; Fragen, wo er sich Gegner einbildet; Prüfung, wo er*

doch eigentlich beweisen zu wollen verspricht u. s. w. Auf diesen dialogen-mässigen Gang hat, so viel ich weiss, noch Niemand geachtet.

Praeter ipsum vero Fülleborniam, illustrem quoque ejusdem amicum Christianum Garvium, jam ante illum de re nostra diversis scriptorum locis circumspecte, ut solet, judicantem paulisper audivisse juvabit. Qui quidem v. gr. in censura sua doctissima, qua de opere Lessingii: *Hamburgische Dramaturgie* inscripto mentem suam patefecit, rei nostrae hisce verbis recordatus est: *So wie Aristoteles, bey dem Eintritte in eine Materie, sich an gewisse Muster hält, und seine ersten Grundbegriffe und Eintheilungen von Beyspielen abzieht: so schliesst er hingegen, bey der wirklichen Abhandlung der Sache, blos aus der Natur dieser Begriffe; zergliedert jeden für sich, ohne Rücksicht auf die Fälle, wo er angewendet werden soll, und auf die Einschränkung, die er durch die Zusammenstimmung mit den übrigen in der Wirklichkeit bekommen muss; zählt alle Fälle, in welchen die abstrahirte Eigenschaft, im Allgemeinen betrachtet, vorkommen kann, alle Verschiedenheiten, die bey dem Begriffe möglich sind, a priori ab; bestimmt durch Schlüsse, welcher Fall, welche Art die beste sey, und sucht dann erst zu jeder solcher Bestimmung wieder Beyspiele. Unter den alten Philosophen scheint er in der That der erste zu seyn, der in der Untersuchung diese Methode gewählt hat, die so sehr mit der Methode unsrer heutigen Philosophen übereinstimmt. Einige Fehler derselben sind aber auch bei ihm sichtbar: Die nämlich, dass die ersten Begriffe zuweilen zu enge, und einige von den aus Begriffen gefolgerten Regeln zwar wahr, aber unbrauchbar, und nur einer gezwungenen Anwendung auf die wirklichen Gegenstände fähig sind.* (Vid. Annal. litt., quibus inscribitur: *Neue Bibliothek der schönen Wissenschaften*, Tom. X. (Lips. 1775. 8.) Sect. II. pag. 220.) Cui tamen loco juste intelligendo ea plurimum inserviunt, quae idem vir egregius de peculiari argumentandi scribendique ratione Aristoteli probata Tom. II. operis sui, cui titulus: *Versuche über verschiedene Gegenstände aus der Moral, der Litteratur, und dem gesellschaftlichen Leben* (Vratisl. 1796. 8.) pag. 422. hanc in partem judicavit: *Dass die Methode, durch lauter einzelne, kurze, von einander getrennte Sätze in seinen Meditationen fortzuschreiten, auch grossen Denkern eigen seyn könne: davon geben uns die Werke eines der ältesten und berühmtesten unter ihnen, des Aristoteles, einen Beweis. Wer sie aufmerksam liest, und sich nicht dadurch täuschen lässt, dass die Herausgeber keine Absätze gemacht haben*

wo zwischen den Gedanken eine völlige Absonderung ist, wird finden, dass seine Untersuchungen immer nur aus einer Menge kleiner Bruchstücke von Philosophie bestehen; dass sie entweder allerley Fragen über den Gegenstand, mit ihren Antworten, oder Schwierigkeiten in der gewöhnlichen Theorie über ihn, mit deren Auflösung, oder endlich die Gründe für und wider entgegenstehende Meinungen enthalten. Ein solcher aufmerksamer Leser wird sogar, wofern er anders mit mir gleich empfindet, gewahr werden, dass man den Aristoteles besser verstehen lernt, wenn man seinen Vortrag in so viele kleine Abschnitte, als Sätze von verschiedenem Inhalte darin vorkommen, zerstückt, als wenn man ihn für ununterbrochen annimmt, und einen Zusammenhang erkünsteln will, der seiner Methode zu philosophiren fremd ist.

Vel prudentissimos quosque, his omnibus perpensis, in eo nobiscum consensuros arbitramur, ingenuum errorum a doctoribus scholasticis quaecunque fere commentariorum suorum in Aristotelem scriptorum pagina certatim quasi commissorum fontem in peculiari hujusce auctoris indole intentius forsan, quam in rudiori medii aevi, illud tantum eruditorum genus proferentis, habitu quaerendum esse. Quo lubentius enim Aristoteles et variis argumentationum lacunis et ambiguis verborum notionibus indulsit, eo saepius inconsultis illis librorum suorum interpretibus id accidere debuit, ut, nubem pro Junone amplectentes, insolitos prorsus, imo portentosos ingenioli sui foetus procurarent, ad interiorem illum stipitis communis prototypum vix e longinquo adaptatos.

Restat tamen, ut aliquem saltem causarum illarum habeam respectum, quibus opitulantibus, haud exiguus errorum, e scholasticae stultitiae trutina emissorum valor sequentium adeo temporum ingenia vexavit.

Quod quidem facturus, non possum, quin prae ceteris ipsum late patentem doctrinae scholasticae *ambitum*, quaecunque litterarum tunc temporis exstantium partes complectentem, id sua sponte effecisse dicam, ut primis liberiorum temporum luminibus cum densa intereuntis aevi caligine tam graviter luctandum esset. Etenim quum pro singulari medii aevi habitu fere omnis litterarum cultus *clericorum* arbitrio commissus esset, hi ipsi vero, quam plurimas philosophiae scholasticae argutias variis istis theologiae suae mysteriis perperam commiscentes, ad hujus systematis formulam omnia omnino hominum christianorum studia regunda judicarent: facillime etiam accidit, ut ne minima quidem litterarum particula commune illud malum effugere posset. Eo vero tutius hac illiberali via clerici incesserunt, quo majori reverentia

qualiacunque eorum effata a cujuslibet ordinis hominibus tunc temporis excepta sunt, et quo atrocioribus poenis ipsi eorum audaciam confringere valuerunt, qui solito isti studiorum modulo vel minimam reprehensionis notam adspergere meditarentur. Nam sapientissimorum adeo illius aevi hominum quis, quaeso, a saeculi sui moribus tantopere discesserit, ut per apertum praeceptorum clericalium repudium athei vel haeretici anathema subire non dubitaverit? Quis dulcissima vitae civilis vincula tantopere abjicere tunc praesumserit, ut, mero litterarum amore ductus, illis ipsis privari, quam in perversis quibusdam studiorum normis acquiescere maluerit?

Itaque doctores illi clericales, a quorum unisono plane et obcaecato passim judicio universa litterarum eruditio pependit, mirifica ista Scholasticorum figmenta, strictissimo fidei popularis obsequio quam maxime ipsis commendata, facillimo negotio defenderunt, et ne iis quidem horum placitis applausum suum denegarunt, quae insigniter mendosa jam dudum ipsi cognoverant.

Quicunque rite hoc perpenderit, praeclare dicta ea agnoscat necesse est, quae Carolus Villers, Franco-Gallus ille excellentissimus, multoque benigniore fato, quam quod inter nostrates quoque expertus est, dignissimus, pag. 223 seq. libri sui celeberrimi, cui titulus: *Essai sur l'esprit et l'influence de la Réformation de Luther: troisième Edition, à Paris*, 1808. 8., de genuina temporum illorum conditione hoc tenore scite protulit: *Soutenir le systême de la théologie romaine, était en effet l'unique but de toute philosophie depuis bien des siècles: les théologiens, moines pour la plupart, etaient les seuls philosophes. Leurs subtiles, et quelques fois risibles argumentations ne tendaient qu'au maintien de l'orthodoxie contre les novateurs et les hérétiques: jamais il ne leur vint en tête, d'enseigner une morale utile à la société humaine: ils ne s'occupaient que d'établir les droits du Pape et du clergé, non ceux des peuples et des individus. Pour raisonner conformément aux vues de l'Eglise romaine d'alors, il est évident, quil ne fallait le faire que d'une certaine manière et sur certains objets. Raisonner d'une manière nouvelle, et étendre le raisonnement à des objets tenus jusques là pour sacrés et inviolables, c'était ébranler les bases de l'édifice. Une philosophie ferme, indépendante, et qui eût prétendu devenir universelle, était une monstruosité dans cet état de choses. Aussi n'en existait il aucune de cette nature avant la réformation. Un mélange bizarre de quelques propositions défigurées du péripatetisme, qu'on appliquait de la manière la plus étrange aux matières de*

foi et de controverse, formait tout le fond de la doctrine des écoles.

Revera fieri non potuit, quin tunc adeo, quum ex ipsa feliciori litterarum antiquarum instauratione philosophiae quoque praecepta novam lucem acceperint, permulta inveterati torporis vestigia singulis litterarum studiis item atque verae sentiendi libertati per longius adhuc tempus impedimento esse perrexerint: quapropter plurima virorum inde a primis saeculi decimi sexti initiis de expergefacto litterarum studio tam praeclare meritorum scripta tristissimis referta videmus querimoniis, in deploranda coaevorum, litterarum cultum affectantium fatuitate specialiter versantibus. Et prae ceteris quidem tunc quoque Scholasticorum deliria largissimam semper praebuerunt doloris materiam. Nolumus profecto longi esse in congerendis hujus rei testimoniis: sufficiat ergo, eorum verborum mentionem hic fecisse, quibus jam antehac Joachimus Camerarius rem nostram gnaviter attigit in *vita* Philippi Melanchthonis, Lips. 1696. 8. divulgata, pag. 21.: quo loco de miserrima studiorum philosophicorum conditione, a Melanchthone quoque reprobata, ita conqueritur: *Erant tum studia philosophiae, qua theologia involvebatur, scissa in duas praecipue partes. Quarum una veluti Platonicam de ideis seu formis abstractis separatisque ab iis, quorum moles corporum sensibus subjiceretur, sententiam tuebatur. Haec de eo, quod generalis cogitatio comprehendit, ut hominem, animantem, pulchritudinem, etiam spondam atque mensulam, quia natura et res singularis constituitur, Reales isti sunt nominati. Altera pars Aristotelem magis sequens, speciem istam de iis, quae suam naturam ipsa haberent, universis colligi docens, et concipi intelligendo notionem hanc ex singulis quibusdam existentem atque contractam, neque naturas esse has per se ipsas priores singulis, neque re, sed nomine tantum consistere, Nominales appellati fuere et moderni. Habuitque utrumque quasi agmen suos ductores et auctores, quorum sectam sequi placuerat. Atque non solum contentiones et jurgia inter dissentientes, sed dimicationes etiam ac pugnae commissae fuerunt, interdum concertationibus non tantum pertinacibus verborum, sed manuum quoque violentis.*

Masculam hujusce miseriae commutationem ab iis sperari non potuisse, qui inveteratum Ecclesiae imperium quibuscunque in rebus gerendis addictissima fide suscipiendum putarunt, affatim patet. Itaque tunc tandem novus rerum ordo hic locum sibi vindicavit, quum viri quidam cordatiores, ex ipsis abjectissimis clericorum plerorumque moribus sacrorum prorsus reformandorum necessitatem aperte demonstrantes,

superstitioso illo hierarchiae papalis obsequio destructo, ad liberiorem ingenii usum coaevos suos provocassent.

Prouti autem vera philosophiae melioris fundamenta ab ipsa Lutherana sacrorum emendatione primas ceperunt origines, ita e saluberrimis tantum hujus conversionis praesidiis ea prodiit sequentium temporum felicitas, vi cujus taediosa ingeniorum vincula complures paulatim populi confregerunt. Vera enim, imo verissima nobis videntur, quae vel hanc in partem libere protulit Villersius: quippe quem loco supra citato, pag. 227 seq. ita loquentem audimus: *En effet on doit observer, que le grand mouvement de l'esprit humain produit par la reformation, ne put avoir une libre et, pleine expansion que dans les pays protestans: il était etranger et contradictoire au système établi dans les états catholiques. Chez ces derniers, la philosophie doit être regardée comme une sorte de perturbatrice du repos public, ou, si l'on veut, de l'apathie publique; ce qui, aux yeux de bien des gens, revient à peu près au même. En Autriche, en Italie, en Espagne, c'en fut bientôt fait de cet élan philosophique, et l'assoupissement ordinaire reprit incontinent le dessus. En France, contrée qu'on ne doit nullement ranger sur la même ligne que les autres contrées catholiques, l'esprit philosophique s'éteignit bientôt après Descartes; lequel même, comme on sait, trouva dans la Hollande le plus grand nombre de ses partisans et de ses antagonistes. L'intérêt pour les vérités, ou pour les systèmes philosophiques, au contraire, loin de rien perdre de son activité, sembla toujours aller en croissant chez les Anglais et les Ecossais, les Hollandais, les Suisses, les Allemands du Nord. Londres, Halle, Genève, devinrent les écoles, où les Français puisèrent leur doctrine. Locke et Hume, Leibnitz, Wolf et Bonnet devinrent nos maîtres; la modeste pluralité du petit nombre de penseurs nationaux s'attacha tantôt à l'un, tantôt à l'autre de ces grands hommes, et surtout au premier. Leurs ouvrages, fruits du sol protestant, devinrent nos ouvrages classiques et fondamentaux en philosophie.*

Quae quidem omnia quantopere gravissimo historiae litterariae testimonio hodie quoque confirmentur, ii omnes intelligant necesse est, qui cultum litterarium in Protestantium terris florentem cum ea studiorum formula scite comparaverint, quae apud Catholicos regnare solet. Scilicet re ipsa curatius perpensa, id plerumque apparebit, perversas illas disciplinae *scholasticae* normas e plurimis Catholicorum scholis et Aca-

demiis ne hodie quidem plane discessisse: quarum indoles, stativa tantum probans litterarum adeo praecepta, ab omni liberiore ingeniorum provocatione mirum quantum remota est.

EXCURSUS DECIMUS.

De genuinis quibusdam mysticismi philosophici atque theologici, fere ubique hodienum conspicui, causis et effectibus.

Ad pag. 22.

Virorum illorum excellentissimorum, qui per potiorem saeculi decimi octavi partem cordatissimi lucis atque veritatis defensores apparuere, cuiquam si quis vates cecinisset, vix quinquaginta abhinc annis praeterlapsis tantam litterarum conversionem exstituram esse, ut illiberalem istam et obcaecatam medii aevi barbariem, conjuncta ipsorum intentione aegre sane profligatam, vel maxime in integrum restitutum iri censendum sit: inepta forsan delirantis cujusdam φαντάσματα sibi obtrusa statuissent, neque majorem huic fabulae fidem praebuissent, quam quae tritis vetularum dicteriis vel a puerulis hodie concedi solet.

Nihilominus tamen idem illud sinistro quodam fato revera nobis jamjam accidisse, nemo sane inficias ibit, qui genuinam plane nullisque praejudiciis contortam nostrorum temporum faciem sibi ipsi delineare vel ex aliorum tabulis depromere consueverit. Siquidem insignia virorum illorum gravissimorum studia et merita quo crebrioribus hominum nostrorum conviciis eatenus laborant, quatenus impiae et quodammodo nefariae sapientiae notam ubicunque ab iisdem sibi inustam consequuntur: eo distinctius etiam hoc arbitremur necesse est, nos ipsos hodie a pleno repristinationis, paene excussam priorum saeculorum barbariem denuo generi humano obtrudentis, periculo satis longe nequaquam alienos esse.

Ob hanc ipsam rerum conditionem veram commutationis istius originem accuratius perlustraturi, ea statim ratione hoc perficiendum arbitramur, ut prae caeteris praepollentes mysticismi philosophici atque theologici caput nociferum longe lateque nunc extollentis causas in censum nostrum vocemus; quippe quae cum omni omnino tempore haud parvum vigorem exercuerunt, tum ex nostrae potissimum aetatis indole perquam grave adjumentum nactae sunt.

Expediendo autem negotio propius accedentes, nolumus profecto diffiteri, diu jamjam primum harum causarum locum

nos illi semper assignasse, quae ex universa inconstantiori philosophiae humanae natura petitur: cui quidem illustrandae, nisi omnia nos fallant, id praesertim optime conveniet, quod Iurisconsultorum nostrorum coryphaeus, Heineccius, pag. IV. seq. praef. *Elementorum philosophiae rationalis et moralis*, *Francofurti* 1745. 8., hoc tenore pronunciavit: *Habent fere saecula singula certum philosophandi methodum, quae aliquamdiu sola publici saporis esse solet, adolescentibusque tantisper ad palatum est, dum alius quidam philosophus non sine strepitu in scenam prodeat. Fuit, quando homines furfure scholastico pascebantur, sibique videbantur in coelo versari, si de haecceitatibus, quidditatibus, futuritionibus, individuationibus, et mille nugis metaphysicis multa, nec sibi nec aliis intellecta, proferre, syllogismos in qualibet figura et modo tornare, eosdem ad primam reducere, regulas ex locorum dialecticorum armario depromtas tanquam tela vibrare, sophismatibus puerilibus etiam in re seria ludere, ludentesque his crepundiis formaliter in ruborem dare didicissent. Fuit, quando evilescere haec sacra et sapientiae studiosi rebus aliis, puta, illis primi, secundi, tertii elementi particulis, illis coeli vorticibus, impressa illa mentibus mortalium entis perfectissimi idea, solibus denique in planetas degenerantibus, et mechanicis rerum omnium causis unice delectari, et haec similiaque adeo pro Sibyllae foliis habere coeperunt, ut non philosophus, sed rerum omnium ignarus videretur, qui mentem in clandula pineali delitescere, Cartesiumque solum sapere, negare ausus esset. Mirabatur tum orbis litterarius, se ex Aristotelico tam cito factum esse Cartesianum: sed multo magis paulo post mirabatur, quum alibi philosophiam corpuscularem et atomisticam, alibi novum genus philosophandi ex Kabbalae, scholae Pythagoricae et Platonismi principiis conflatum, invalescere animadverteret. Quo obscurior, magisque a sensu communi remota erat haec philosophia, quo plura eaque horribilia mysteria promittere videbatur: eo magis aliquamdiu placebat ingeniis novaturientibus; donec alii occuparent cathedras, qui vel in nullius verba magistri jurantes genus philosophandi ἐκλεκτικὸν commendarent, vel juvenes a pulvere et rudio excitatos ad profundiorem metaphysicam et philosophiam mathematicam revocarent, et nonnisi sublimiores istas speculationes, quas Leibnitio, Newtono, aliisque magnis ingeniis debemus, philosophematum nomine dignas arbitrarentur.*

Revera diversissima illa systematum pericula, quae ab ipsis inde Heineccii temporibus recentior quoque philosophandi ratio affatim experta est, cordatam ejusdem de universo philosophiae humanae habitu sententiam mirifice confirmant. Vix enim prudentior quisquam vicissitudines illas ignorabit, quae post Leibnitianae quoque Wolfianaeque theoriae originem, et discrepantia eclecticorum philosophorum studia, novissimorum adeo systematum auctoribus item atque sectatoribus eatenus acciderunt, quatenus v. gr. neque Kantiana schola cum Fichtii discipulis, neque hujus amici cum Schellingii unquam aut Hegelii fautoribus in gratiam redire conati sunt.

Quid? quod ne hoc quidem juste aliquis inficiabitur, subtiliorem illum pureque metaphysicum philosophandi modum nostro tempore usitatum eo crebrioribus adhuc systematum ipsorum commutationibus et inversionibus causam dare debuisse; quibus opitulantibus pristina quoque et diu forsan antiquata usui practico denuo adaptata sunt. Constat enim inter omnes, non cujusvis habitus ingenia tanto judicii acumine tantaque animi constantia pollere, ut diversissima illa philosophiae rationalis obstacula facile evincere, atque difficiliores ipsius nodos stricte statim expedire possint: sed doctorum quoque virorum perquam multos tunc aut illud refugium appetere, quod in orthodoxo quodam philosophematum vulgo quidem receptorum obsequio, subtiliorem σκέψιν omnem prorsus excludente, positum censent, aut, si pro incitatiore φαντασίας dominio tantam ingenii accommodationem respuere cogantur, ad beatiora illa mysticismi pulvinaria stricte sibi progrediendum arbitrari.

Sed mittamus haec; nam plurimum juvabit, aliam quoque, eandemque gravi sane effectu nunquam destitutam mysticismi praevalentis causam breviter hic attulisse: eam scilicet, quae ex tristiore temporum quorundam conditione, quemcunque liberiorem philosophandi modum plane supprimente prudenter omnino derivatur.

Quod ut rite probetur, verissimum historiae litterariae testimonium evocare licebit; cujus in tabulis vix aliud quidquam tam aperte notatum videmus, nisi hoc, per omnia fere tempora, quae miseram perturbationis civilis notam prae se ferrent, quam plurimas quoque litterarum partes indolem quandam spirasse, obscurioris philosophiae naturae maxime confinem. Cuinam enim, ut paucis tantum exemplis utar, ante oculos non versentur tenebrosae illae philosophorum item atque theologorum rixae, quae post eversum populi Romani principatum effusasque barbarorum altercantium turbas humaniores disciplinas omnes plane quasi enecarunt? Quis pestem

illam hodiernum quoque ignoret, qua post deploranda ista belli triccennalis fata inter ipsos adeo Germanos nostros, constanti optimorum studiorum laude alioquin florentissimos, quaelibet fere meliorum litterarum partes miserrime vexatae traduntur?

Quae quum ita sint, vix quispiam tantopere mirabitur, quod nostra quoque aetas, ingentibus civitatum plurimarum disturbationibus prae ceteris conspicua, eam litterarum ruinam pedetentim perpessa est, in qua male frugiferas mysticismi segetes uberrime nunc dispersas videmus. Meretur tamen rei ipsius gravitas, ut accuratam ejusdem et vividis quasi coloribus pictam prudenter lustremus imaginem, quam b. Cramerus noster, in libro suo supra laudato: *Ueber den schädlichen Einfluss des französischen Despotismus auf die Literatur der Teutschen*, *Quedlinburg* 1815. 8., pag. 316. seqq., hunc in modum exhibuit: *Der Kenner der Literaturgeschichte und des neuesten Zeitgeistes kann zwar die Quelle des jetzt gewöhnlichen frömmelnden und himmelstürmenden Mysticismus unmöglich allein in dem Drucke der Zeit finden; allein unverkennbar ist es, dass die frühern Keime desselben, welche zum Theil schon in den beyden letzten Jahrzehenden des vorigen Jahrhunderts auf mannigfache Weise gelegt wurden, vorzüglich durch den Druck der Zeit, wie er in den letztvergangenen zehn bis funfzehn Jahren statt fand, entwickelt worden sind, und reichliche Pflege erhalten haben. Der Druck der Zeit hat von jeher Mystiker und Frömmler gebildet, und die Mystik der Gymnosophisten, Essäer, Therapeuten, Neuplatoniker u. a. m. trägt augenscheinlich die Spuren der traurigen Zeit an sich, in welcher sie sich bildete. So auch die Mystik der neuesten Zeit, durch welche empfindelnde und übergelehrte Philosophen, Dichter, Prediger, Erzieher und Schriftsteller das bereits verlorne Eden der Teutschheit zu retten gedachten; ohne zu bedenken, dass ein Cherubim dasselbe bewachte, seitdem die Teutschen von verbotenen Früchten gegessen, und sich durch weichmüthige Erschlaffung ihrer Volksthümlichkeit entäussert hatten. Ein Theil dieser neuesten, nervenschwachen Mystiker glaubte die verlorne Teutschheit nicht besser retten zu können, als wenn er das Absolute zum Zielpunkte seiner Forschungen machte, die an dem Irdischen klebenden Teutschen in stolzem Fluge himmelwärts zu heben, und zur Anschauung des Unendlichen zu bringen sich bemühte, und dieselben so weit brächte, dass sie das Gras wachsen hören und den Wind sehen könnten. Andere wollten durch*

sentimentale Romane und empfindelnde, weichmüthige, holprige und sinnlose Stanzen das dicke Eis der Unteutschkeit aufthauen, und den Frühling und die Poësie des teutschen Lebens hervorzaubern. Andere meinten, dass eine mühsam erlernte Kunstfertigkeit, welche die Andacht und Einfalt des Mittelalters heuchelt, hinreichend sey, dem entarteten Geschlechte des neunzehnten Jahrhunderts den kräftigen Sinn des Mittelalters mitzutheilen, und aus jedem verwöhnten, verhätschelten, und von französischen Sprachmeistern, Gouvernantinnen und Kammerzofen verzärtelten Stadt- und Landjunker einen stattlichen Ritter zu machen, welcher die Franzosen über den Rhein jagen könne. Wieder Andere gefielen sich in schwärmerischen Declamationen und romanhaften Anschlägen zu Instituten, die niemand errichten wollte und errichten konnte. Noch Andere endlich predigten den lange schon vergessenen Satz, dass nur im Schoosse der katholischen Kirche Seeligkeit zu finden sey; gingen, da sie der irdischen Seeligkeit, die sie als Protestanten genossen hatten, überdrüssig waren, zum Katholicismus über, und empfahlen jedem protestantischen Teutschen solche Busse: damit die glückliche Zeit einer katholischen Teutschheit herbeygeführt werden möchte. Dieser Mysticismus, der in den Drängnissen der Zeit sehr weit um sich griff, und auch jetzt noch stolz und vornehm auf die gesunde Vernunft und die nüchternen und besonnenen teutschen Litteratoren herabblickt, weil er sich einbildet, die Teutschheit gerettet und die Franzosen aus Teutschland vertrieben zu haben, hat unsrer Literatur bedeutend geschadet, fast auf alle einzelne Theile derselben Einfluss gewonnen, und dem freyen Aufschwunge des teutschen Geistes die unleidlichsten Fesseln angelegt. Jacob Böhme (der auch meinte, die einzig wahre teutsche Philosophie zu lehren, und deshalb Philosophus Teutonicus genannt wurde), Paracelsus, Raymundus Lullus u. a. lebten in unsern neuesten Mystikern wieder auf, und Philosophie, Theologie, Arzneiwissenschaft, Pädagogik und Naturwissenschaft wurden ein Galimathias hochtrabender Sätze, bey welchen sich die gesunde Vernunft und der geregelte Verstand nichts denken konnte. Doch ein Theil der Teutschen bedurfte, um sich bey seiner Entnervtheit und wegen des Mangels an innerer Kraft der langen Weile zu erwehren, solcher schwärmerischen Schriften,

solches moralischen Tollkrauts; und selbst gesunde und gute Köpfe liessen sich eine Zeit lang von dem Strome der Zeit und Mode mit fortreissen. Von diesen schwärmerischen Schriften gilt daher nicht, was **Cicero** *von den Büchern einiger verschrobenen Köpfe seiner Zeit sagt:* „suos libros ipsi legunt cum suis; nec quisquam attingit praeter eos, qui eandem scribendi licentiam sibi permitti volunt"; *denn der Modeton brachte es bey uns so mit sich, dass dergleichen literarische Miss- und Nachgeburten auf jedem Lesetische und jeder Toilette liegen mussten. Und wie sehr hat endlich dieser Mysticismus dazu beigetragen, die teutsche Gelehrtenrepublik zu entzweien,* ***Provinzial- und handwerksmässigen Zunftgeist*** *in derselben einzuführen, und die elendesten, Literatur und Literatoren auf gleiche Weise herabwürdigenden Fehden zu erregen! Mit welcher Grobheit haben die neuesten Mystiker alle diejenigen behandelt, welche nicht ihrer Meinung sind, und an verworrenen Sätzen keinen Gefallen finden können! Wie gewissenlos haben sie oft die* ***literarische Sittlichkeit*** *aus den Augen gesetzt, und durch* ***blosse Machtsprüche*** *manches aufblühende Schriftstellertalent beeinträchtiget und gekränkt! Oder sind etwa die ekelhaften Streitigkeiten über den Satz, „ob die Südteutschen oder die Nordteutschen den Vorzug hätten?" die herabwürdigenden, der Cultur des neunzehnten Jahrhunderts völlig fremden Fehden, welche zwischen einigen katholischen und protestantischen Gelehrten stattfanden, und viele andere, in der neuesten Zeit unter den teutschen Gelehrten erregte Zänkereien und Klätschereien nicht grösstentheils auf die Rechnung eines mystischen und frömmelnden Obscurantismus zu bringen? O, gewiss, unsere Gelehrtenrepublik hat durch die neuesten Mystiker bedeutend an Achtung verloren und sich weit von ihren Idealen entfernt; und jeder, dem das Wohl der teutschen Literatur am Herzen liegt, muss wünschen, dass der aus langem Schlummer erwachte Nationalsinn der Teutschen jene mystischen Träume und Verirrungen* ***recht bald*** *aus dem Reiche der teutschen Wissenschaft und Kunst verdrängen möge!*

Singularem istum, de quo nobis nunc agitur, saeculi errorem his ipsis verbis perquam exacte delineari, nemo sane non concedet, qui fixa oculorum acie hujusce generis portenta intueri consuevit! At enimvero quum *effectuum* ex hoc errore largiter manantium indolem secundum prima tantum stamina

Cramerus ibi adumbraverit, in eadem describenda aliquantisper adhuc commorari, operae pretium duco; neque melius huic proposito me satisfacturum arbitror, nisi ita, ut alius cujusdam passus concernentis, prioris aevi historiam litterariam spectantis, memoriam lectoribus resuscitem: quo apertius doceatur, iteratis tantum vicibus idem illud malum rediisse, quod majores jamjam acriter turbavit.

Etenim saeculi decimi octavi duabus tertiis partibus prope praeterlapsis in Germania nostra, belli septennalis recentissimis vulneribus tunc graviter perculsa, homines quidam umbratici capita erexerunt, qui omnem humanam sapientiam ejurasse videri vellent, qui commercia coeli jactarent, qui non, quod ante pedes esset, viderent, sed futura praedicerent, qui Johannearum revelationum librum ubique in manibus haberent, explicarent, et somniis suis illustrare conarentur, quique exinde *Apocalypticorum Philosophorum* nomen haud immerito acciperent. Singularis ipsorum furor et morbus ingenii eatenus praesertim perniciosum sese exhibuit, quatenus spretis verissimis doctrinae et sapientiae adminiculis, sua tantum via, hoc est, a ratione et usu praestantissimorum hominum longe aliena, grassari solitus est. Undique ea corripuit, quae procreandis et nutriendis imaginibus jucundis atque portentosis inservirent, sensusque ita afficerent, ut ab his etiam judicandi facultas omnis penderet. Quod memoria, lectione et infinitis litterarum studiis comparatur, id se indignum, nimisque aridum et humile appellans, unice potius in comparando quodam et extollendo φαντασίας aedificio, quod aethereum dicere possis, versatus est. Nam subtiliter scrutando rerum causas et latebras, non ea in lucem producere studuit error ille fanaticus, quae ratione et experientia ducibus inveniri queant, sed, quae sibi maxime arriserunt, in ea loca inferre studuit, ubi vel acutissimus nil tale vidit. Inde contraria ipsa audacissime commiscuit, orbeque sublunari relicto, in geniorum intermundia ascendit, ipsamque adeo Dei sedem ingrediens, omnia illic tam perspicue intellexisse sibi visus est, ut haec deinde ceteris mortalibus enarrare gestiret. Quum autem sententias non planas atque genuinas, sed eminentiori quadam sui parte speciosas, non seros prudentiae fructus, sed levissima tantum imaginationis portenta consectaretur: stupenti plebeculae minutisque ingeniis inventa sua haud exiguo successu commendavit.

Nihilominus tantam licentiam fanaticae huic insaniae propriam tolerabiliorem tamen fuisse dixeris, quamdiu a religione et sacris contrectandis sibi temperavit. Verum ubi his quoque impuros ignes admovit, multo majores turbae exortae

sunt. Tum enim Deum humano tantum modulo metita est, suisque somniis simillimum praedicare laboravit; deliria sua divinae doctrinae substituit, et miram quandam pietatem, humanis ritibus misere depravatam, ficticiis tantum petiit fabulis, eo magis quidem nociferis, quo intentius his quoque Dei se causam agere hallucinita est, et quo procacius, se solam cultui numinis inservire, ceteros omnes profanos esse, disseruit. Simul vero sanctitatem aliquam prae se tulit, huic menti consentaneam, hoc est, in ore moribusque publice spectandis habitantem; cujus tamen ardor, etsi omnia circum exurere videretur, cito sane extinctus est, quoniam nullis animi flammis interioribus nutriebatur, sed stipulis tantum, perquam velociter concrematis. Itaque humanitatis adeo expers fuit, ut saevissimo odio omnes prosequeretur, quicunque secum in eadem devia deflectere recusarunt; neque prius a tanta stultitia sibi temperavit, quam per viros quosdam ingeniosos late corruscantes Satyrarum faces audacter ipsi admotae essent.

Jam vero quis est, qui his stultitiae istius conatibus perpensis, mysticismi nostro tempore grassantis effectus, *paucis mutatis*, eosdem non agnoverit? Quis dilucide non intellexerit, eandem omnino theologorum item atque philosophorum nostrorum in hujus pestis amplexus pleno gradu properantium ubicunque patere indolem, qua et mirificae apocalypticorum istorum velificationes derisui tantum se manciparunt?

Eo major autem noxa atque perturbatio exinde prodire debuit, quo strictiori virium intentione id homines illi assequi studuerunt, ut omnia omnino vitae negotia ad unicam phantasiae suae normam, ex arcana mysteriorum sublimitate petitam, cito citius adigerent; et quo latius iidem a vera distarunt ejus periculi perpensione, quod in universum rerum civilium et quotidianarum, consulte solum ac severe agendarum habitum largiter exinde redundavit.

Revera, quicunque potiora juste expenderit studia illa, quibus peculiaris aevi nostri indoles recentissimos adeo subtiliorum litterarum foetus in vitae usum transferre adnisus est, id quoque confiteri debebit, ex argutioribus praesertim philosophandi systematibus — in quorum numero Fichtianum item atque Schellingianum et Hegelianum versari constat — praecepta illa deducta esse, quibus vel simplicissimas quotidianae vitae artes atque rationes corrigere et ad elatiora idearum suarum spatia extollere novaturientes quidam laborarunt. Saluti vero publicae pessime hoc modo consultum esse, exinde statim colligitur, quod inutiles tantum verborum rixas notionumque illusiones ex fertili ista segete natas videmus.

Gravissimo autem periculo propterea praesertim haec nos

conturbarunt, quoniam ipse exquisitior ille temporum nostrorum *cultus* errores istos adjuvit magis, quam coërcuit. Siquidem nativus ingeniorum vigor, hoc ipso cultu paulatim mansuefactus variisque cupidinum illecebris constrictus, quo longius a pristina virtute sua deficere soleret, eo imbecilliori etiam virium complexu contra ausus istos temerarios personam suam agere sustinuit; ita ut infaustissimis adeo phantasiae portentis, quae plurimi ab initio reformidassent, ad ipsa tandem studiorum morumque nostrorum penetralia per apertas quasi fores aditus pateret.

Improvisa quadam et subito irruente rerum conversione haec omnia neutiquam obtinuisse, affatim patet: cave tamen, lector benevole, ne hoc exinde tibi colligendum praesumas, ipsum quidem hujusce mutationis periculum non tanti, quanti nos diximus, ponderis revera esse potuisse. Tantum enim abfuit, ut, quae non nisi per gradus se studiis nostris insinuaverant inconsultiorum quorundam hominum molimina, levioribus solummodo vestigiis relictis vigorem suum prodiderint, ut, quocunque loco pedem semel figere ipsis licuit, flebilem quoque noxam statim longe melioribus intulerint prioris aevi consiliis.

Itaque ad eam pedetentim morum studiorumque conditionem malum illud accrevit, cujus infelicem profecto valorem jam ante hos viginti et quatuor annos Joh. Spillecke in commentatione sua praestantissima, cui inscribitur: *Benedikt Spinoza, oder über Atheismus, Fatalismus und Mysticismus,* hoc tenore delineavit: *Der Mysticismus zeugt zwar immer von einem religiös oder philosophisch afficirten Gemüthe, zugleich aber von einem solchen, dem es an lebendiger Fülle und an gediegener Kraft fehlt, welches daher in einer zu grossen Passivität befangen ist, als dass es zu klarer, deutlicher Anschauung gelangen könnte. Das Vorherrschende im Mysticismus ist das Gefühl, in der Philosophie hingegen das Erkennen; weshalb ein System, das mit dem Charakter des Mysticismus auftritt, sich selbst vernichtet. Jeder Mystiker äussert sich mit einer gewissen Weichheit, die leicht in Weichlichkeit und Empfindeley ausartet: er versenkt sich in das Unendliche, um es als ein Endliches anzuschauen, und schwimmt in unaussprechlichen Gefühlen, die, wenn sie nicht von einer lebendigen Idee befruchtet werden, in träge Beschauung und in eine unaussprechliche Leerheit übergehen. Meist hat der Mystiker etwas Liebenswürdiges, wegen der zarten Erregbarkeit seines Gefühls;*

aber nichts Erfurcht Einflössendes, wegen seines Mangels an Kraft. Daher regt sich auch der Mysticismus im Grossen nur dann, wenn die Lebenskraft einer Nation untergegangen ist, oder auch, wenn eine neue, grosse Idee die Gemüther ergreift, ohne dass sie die Fähigkeit haben, sich derselben mit voller Klarheit zu bemächtigen. (Vid. Diar. litterar. Berol., cui titulus: *Berliner Monatsschrift*, mens. Jul. de ao. 1808.)

Generalis vero multorum ingeniorum conceptus si vel tunc, quum haec ipsa a Spilleckio scriberentur, tanto in mores nostros universamque vitae normam vigore praevaluit (quod prudentior quisquam inficiari vix intendet): quid mirum, ex multiplici illa temporum sequentium calamitate, cujus jam supra mentionem quandam injecimus, eos paulatim ad nos transiisse effectus, qui tranquillam istam prioris aevi lucem nunc lethaliter fere disturbant?

Ab initio quidem eae praesertim litterarum disciplinae isti sese accommodarunt, quae vulgato illo *liberalium* nomine prae ceteris venire solent: quippe quae ad frequentes ingenii luxus, e recentissimorum philosophorum cortina captandos ideo jamjam proniores fuerunt, quia potior saltem hominum, hoc litterarum genus curantium numerus in summis earum praeceptis ex imaginationis vigore petendis unice fere acquievit. Et ipsa profecto harum litterarum historia modusque hodie usitatus praegrandem recentiorum philosophematum in litteris illis artibusque reformandis effectum, prope totali priorum principiorum eversione paratum, non affatim solum contestatur, verum etiam prudentioribus earum amicis omnibus ingens exinde et irreparabile passim damnum exortum evincit. Nemo enim vel mediocriter sanus (ut summos tantum reprehensionum justissimarum apices tangam) verissima non praedicabit monita illa, quibus de infausta sensus vere pulchri clade, ex erroribus illis abunde progenita, nuper quoque Th. Schacht, Professor Moguntinus meritissimus, in libro egregio, cui titulus: *Ueber Unsinn und Barbarei in der heutigen deutschen Literatur, Mainz* 1828. 8. apposite conquestus est: nemo sane verbis ejusdem cordatissimis libri modo laudati pag. 82 seq. conspicuis lubenter non subscribet, quibus genuina ineptiarum illarum origo et natura dilucide quidem ita depinguntur: *Die neuere Mode-Schule in der schönen Literatur ist in Paroxismen verfallen, die von wirklichem Wahnsinne mitunter kaum verschieden sind. Diess rührt zuerst daher, dass die drei Liebhabereien am Süden, am Mittelalter, und am Orient zu rasch folgten, und sich durch einander verschlangen. Zugleich mischte sich eine*

starke Dosis politischer und religiöser Bedürfnisse, sowohl wirklicher, als scheinbarer bei; wodurch eine Hitze sich entwickeln musste, die den geziemenden Würmegrad geistiger Production bereits mächtig überstieg, aber vollends in wilde Begriffsverwirrung aufbraus'te, sobald die Identitätsphilosophie, — schon an sich stark genug, sogar talentvolle, doch phantasie-weiche Köpfe mit ihrem Sonnenstich zu verletzen, — noch hinzukam.

At enimvero philosophematum illorum pestiferus novaturiendi pruritus, in hac solummodo litterarum parte infestanda pro indole sua non acquiescens, eo usque audaciae mox processit, ut sanctos *Religionis* quoque circulos turbare praesumserit: id, quod revera factum esse omnes deplorabunt, quicunque omnem nostram de religiosis rebus notitiam pro naturali indole sua ita comparatam esse debere cognoverunt, ut ex illusoriis effrenatae imaginationis portentis gravissimum eidem damnum accedat.

Minime profecto a veritate me aberraturum confido, si eo majorem noxam inde exortam dixerim, quo plures externae temporum nostrorum rationes, supra jam distincte memoratae, serenum plane, vereque vitalem totius vitae civilis habitum infauste obscurarunt, imo compresserunt. Fere semper enim, ubi eo usque infortunii accrevit cumulus, ut ne interna quidem animi integritas, ab omni cupidinum item atque morum luxu mascule abhorrens, tristes malorum resupine irruentium gradus evertere passim vel reprimere possit, religionis adeo sanctitas pessime paulatim perturbata, et in vecordem animi torporem conversa nobis apparebit.

Quod ut rite probetur, longiore meditatione non opus est: justas nimirum causas nullas, proh dolor! habemus, cur nobis quoque tantum malum nuper accidisse, pernegemus!

Et inde quidem vere lethale vulnus saluti nostrae inflictum esse; inde funestissimos illos mysticismi effectus validissimum sibi spiritum traxisse, prudentiores omnes uno quasi ore contestantur. Vel etiamnum enim (ut hoc uno tantum exemplo utamur) monitorum illorum his praesto est auctoritas, quae P. F. Boost in libro suo, candide item atque acute scripto, cui titulus: *Eubios, oder über das höchste Gut: ein Nachtrag zu den academischen Untersuchungen Cicero's, Heidelberg* 1818. 8., pag. 86. ita quidem protulit: *Der Mystiker, in welchem der gesunde Menschenverstand und rüstiges, thätiges Leben nicht dem Gefühl und der Einbildungskraft das Gleichgewicht halten, steht in Gefahr, zum bizarresten Epicuräismus, zu den greuelvollsten Schwär-*

mereyen herab zu sinken. Was Wunder, wenn der falsche Mysticismus in unserem Zeitalter moralischer Versunkenheit, des Unglaubens und des Skepticismus, unter allerley Gestalten, in grossen Städten, wo Ueppigkeit sich zum Müssiggange gesellt, am meisten um sich greift? Sehen wir nicht in unsern Tagen, dass die Nervenkranken des andern Geschlechts und der männlichen Jugend, belehrte Materialisten, christelnde Halb-Philosophen ohne Spannkraft, sich vorzüglich zu ihm neigen? Auch edlere Gemüther verfallen leicht in die gefährlichsten Selbsttäuschungen, wenn nicht ächte Demuth, und ein thätigeres Leben sie vor den Verirrungen der Einbildungskraft bewahren.

Ut totam tamen causam nostram accurate expendisse videamur, ejus quoque detrimenti hic rationem habuisse juvabit, quod ipsis *inferioribus* hominum nostrorum ordinibus ex resuscitato illo mysticismi favore undequaque sane illatum est.

Quod quum eo facilius fieri potuisse constet, quo frequentius horum praesertim hominum, vel gravi morum labe interdum constrictorum ingenia, perspicuis cogitandi judicandique praeceptis rarissime adsueta, e superstitiosa illusionum fide justam salutem unice sibi accessuram opinantur: hoc solummodo in lectorum memoriam revocasse sufficiat, quam cruenta fanaticismi per vere circumforaneas mysticorum quorundam artes incensi facinora vel recentissimi temporis annales conservent. E quorum numero illud tantum hic commemoremus, cujus accuratam historiam in libro legimus, qui inscribitur: *Schwärmerische Gräuelscenen, oder Kreuzigungsgeschichte einer religiösen Schwärmerin in Wildenspuch, Cantons Zürich: ein merkwürdiger Beytrag zur Geschichte des religiösen Fanatismus: nach den Criminalacten bearbeitet von Joh. Ludw. Meyer: zweyte verb. Ausgabe, Zürich* 1824. 8., cujusque nefanda quidem indoles tam exitiosos comprobat mysticismi effectus, ut verissima esse appareant necesse est, quae **Röhrius**, vir summe venerabilis, in diariis suis theologicis: *Kritische Predigerbibliothek* inscriptis, Tom. V. Sect. III. de ao. 1824., pag. 423. ita de eadem gnaviter pronuntiavit: *Die (aktenmässige) sittliche Unwürdigkeit der ganzen Wildenspucher Sippschaft ist eine um so beachtungswerthere Erscheinung, jemehr sie sich fast überall zu wiederholen pflegt, wo die sogenannten* ***Erweckten*** *unserer Tage ihr Wesen treiben. Nur allzu oft zeigt es sich, dass gerade die, welche das meiste Geräusch von ihrer angeblichen Frömmigkeit machen, in sittlicher Hinsicht immer die zweydeutigsten*

sind, und dass das Zeugniss für ihre sogenannte Bekehrung meist mehr in ihren Worten, Gebehrden und Mienen, als in ihren Thaten zu suchen ist. Namentlich unter den Häuptern sektirerischer Verbindungen gab es von jeher gar viele, welche nur darum über die im Argen liegende Welt seufzten, und Alles um sich her für verdorben erklärten, weil sie selbst jede Schule sittlicher Entwürdigung durchlaufen waren, und dem zu Folge ihr eigenes sittliches Verderben auch in Anderen suchten; oder die den mühsam erhaltenen äusseren Schein von Gottseeligkeit meist deshalb angenommen hatten, weil ihnen die Beschäftigung damit einigen Ersatz für die Uebersättigung zu gewähren versprach, welche nothwendig aus dem früher geführten Lasterleben hervorgehen musste.

Denique nobis, varios illos mysticismi recentissimi profectus exacte perlustrantibus ne hoc quidem reticendum videtur, verum hujus mali vigorem, nisi omnia nos fallant, in ipsis etiam mirificis illis insigniter apparuisse et nunc quoque apparere Theologorum quorundam conaminibus, vi quorum e mera tantum rituum religiosorum *externorum* conversione efficacem omnino vereque salutarem pietatis instaurationem parare tam hucusque iidem laborarunt, quam etiamnum, proh dolor! laborant.

Siquidem (ut hoc unum saltem exemplum notem) vix perspicacior quispiam nobis inficiabitur, *hanc* praecipue animi intentionem Theologos istos Brandenburgicos indigitasse, qui in libro suo notissimo, regiminis synodalis commendandi gratia scripto, cui titulus: *Grundlinien einer künftigen Verfassung der protestantischen Kirche im preussischen Staate, Berlin* 1818. 8. de legitimo synodorum valore, pag. 115. hisce verbis locuti sunt: *Auch die Bestimmung über eine, dem Geiste des Evangeliums, und der durch dasselbe erleuchteten Zeit angemessene neue Confession, welche als das geistige Fundament der Kirche zu betrachten ist, muss den Synoden vorbehalten bleiben. Erst muss nehmlich der Leib da seyn, den der Geist beseelen soll; und das ist die Form, in welcher sich die Kirche bewegt; dann ist es nothwendig, dieser Form einen würdigen, heiligen, ächt christlichen Sinn einzuhauchen:* et quum sat concinnum eorum obsequium ipsis accessisset, qui se, hoc statim tramite pergentes, de vera pietate promovenda insigniter merituros esse arbitrarentur, efferventem hujus studii indolem eo periculosiorem esse debuisse, in promptu est.

Genuino tamen veritatis lucisque beneficio id eodem statim temporis momento evenit, ut viri quidam juste cordati,

iidemque nativo christianae religionis ingenio prae ceteris imbuti, inconsulta illa molimina rite coërcerent, bonique nihil exinde redundaturum comprobarent: inter quos cum anonymum libelli istius auctorem, cui inscribitur: *Schreiben eines Landgeistlichen an einen Staatsrath über Synoden und Synodal-Verfassung, Berlin* 1817 8., tum Fridericum de Bülov, virum illustrem, in opere egregio, cui titulus: *Ueber die gegenwärtigen Verhältnisse des christlich-evangelischen Kirchenwesens in Deutschland, zweite Auflage, Magdeburg* 1818. 8., prae ceteris excelluisse constat. Optime nimirum hi ipsi intellexerunt, novum huncce mysticismi foetum, synodalem puta ecclesiarum nexum, ab omni vero Lutheranae ecclesiae ingenio prorsus abhorrentem, id paulatim effecturum esse, ut, pristinis hierarchiae catenis mutato tantum ligandi modo iterum constricti, quacunque conscientiae libertate, aegerrime olim vindicata, misere mox privaremur; eandemque omnino rerum conditionem exinde prodituram suspicarunt, quam paulo post alius quidam vir doctissimus, Johannes Godofredus Pahlius, in libro lectu dignissimo, cui inscriptum est: *Ueber den Obscurantismus, der das deutsche Vaterland bedroht, Tübingen* 1826. 8., *pag.* 212 *seq.* ita quidem verissime consignavit: *Es gehöret zum Charakteristischen des Geistes dieser Tage, dass der Mysticismus, seine unversöhnliche Feindschaft gegen den vernünftig begründeten Religionsglauben fest und bestimmt aussprechend, mit dem Streben nach allgemeiner Geltung hervortritt, sich — durch eine freylich seltsame Inconsequenz — auf dem Boden der Wissenschaft zu befestigen trachtet, mit Emsigkeit Anhänger sucht, und in grosser Anzahl unter allen Ständen sie findet, und, zumal im deutschen Vaterlande, eine Macht erlangt hat, bey der man über die Frage, ob die religiöse Bildung der Menschheit durch ihn nicht mehr bedroht werde, als durch den Ultramontanismus und Positivismus? — kaum mehr in einen Zweifel gerathen kann. Auf alle Fälle ist Unterdrückung der Vernunft der Zweck aller dieser Bestrebungen, und jeder sieht nur in ihr das beabsichtigte Ziel erreicht. Aber gewiss ist diejenige Art der Verführung die gefährlichere, welche sich ihren Opfern ohne Prunk und Gewalt, umgeben von einem leuchtenden Heiligenscheine und mit der sanften Miene christlicher Liebe und Hoffnung nahet, und ihr Werk dadurch vollendet, dass sie den Menschen nicht nur um seine Vernunft, sondern auch um den gesunden, im bürgerlichen und gemeinen Leben brauchbaren Verstand bringt, den ihm zu lassen, das Pfaffenthum noch immer billig und klug genug ist.*

Itaque nondum omnem ego spem dimitto, fore ut horum aliorumque virorum providorum his in rebus bene versatorum opportuna monita intempestivis illis Theologorum quorundam, novis honoribus sibi parandis, quam verae pietati comprobandae longe indulgentiorum propositis justum finem stricte paratura sint.

Quaerenti autem cuiquam, quounde certa mysticismi istius circa circum jam grassantis medela repetenda nobis videatur, id tantum respondeamus, vix alii cuidam rei externae hic tantum vigoris nos tribuere posse, quantum in *masculo historiarum studio* ex primitivis statim antiquarum litterarum fontibus petendo ingenue positum censemus. Quicunque enim ad sanctissima hujus disciplinae penetralia soluto sinu accesserit, splendida ipsius luce recreatus atque incitatus, ab omni tenebrarum obsequio in perpetuum sane abhorrebit. In specie vero juvenes litterarum signa secuturos probe admonendos arbitramur, primum, ut ne in gratissimam quidem sed lubricam statim et aegre defendendam *philosophiae* palaestram prius descendant, quam fida quorumcunque temporum et morum historica notitia sedulo se communiverint; deinde, ut ita quoque praeparati, non ad *dogmaticam* statim, sed ad *historicam* potius *philosophematum ipsorum* cognitionem percipiendam se accingant: quae quidem e justis omnino et primitivis fontibus hausta eam judicandi facultatem ipsis praebeat necesse est, quam nullae systematum illusiones valide unquam confringent.

Quum tamen tantos ego mihi neutiquam ducam spiritus, ut meo solum hac in re gravissima judicio lectores permoveri velim; veritatem ejusdem aliunde suffulturus, testem producam classicum, Jacobum Facciolatum, in oratione sua perquam eleganti, ao. 1716. coram Seminarii Patavini Praeposito, Proceribus atque studiosis publice recitata, eademque germanicae Orationum ipsius editioni ao. 1725. Lipsiae typis expressae pag. 61 seqq. integre inserta, qua *nullam adolescentibus nisi historicam philosophiam tradendam esse* contendit, haec omnino eloquentem: *Historia Philosophica non est Philosophia: at neque possunt adolescentes, neque tam cito cupiunt esse Philosophi. Ipsi quidem Philosophi nostri satis cognoscere videntur, quid tradere possint; non satis tamen, quid illi capere, quibus tradunt. Si enim pro illa, quam sibi arrogant, naturae cognitione, reputarent, eam cerebri partem, qua hominis animus ad ingenii memoriaeque munia, quamdiu corpori conjunctus est, necessario utitur, ita in adolescentibus conformatam esse, ut sua quadam mollitie facile excipiat quidquid inficitur, ea tamen ipsa mollitie impediatur,*

ne spiritus ad intelligendum facile expediat et moderetur: non sane erubescerent, aetati illi consentanea narrando potius, quam disserendo consignare. Atqui dum sua crepant, dum eadem perpetuo dicunt, repetunt, confirmant, insinuant, non id assequuntur, ut auditores minime apti repente Philosophi prodeant, sed ut ejus doctrinae, quaecunque est, praejudiciis occupatissimi, ac veluti sacramento rogati, nullam praeterea pati possint Philosophiam. Quam vero indecorum est, quam incongruum, quam a tota scientiae natura alienum, adolescentem hominem de rebus abditissimis judicare, decernere, affirmare, et, ut ejus aetatis est, tanto magis clamore et audacia, quanto minus ratione potest, susceptas partes propugnare! Non ego cum juventute tam dure agam, ut eam per multos annos Pythagorico more silere jubeam, nihilque respondere unquam, nihil interrogare; verumtamen si Philosophica eruditione contenta sit, nec sapientiam immature affectare videbitur, et in eo tamen valere, cujus praesidio perfectam absolutamque sapientiam comparare aliquando possit. Nam quod ipsa per se intempestive commentari velit, et sine prudentia garrire, idcirco factum est, ut nobilissima disciplina, non hominum ingeniis parta, sed ut Plato existimavit, Deorum munere nobis concessa, incredibili invidia laboret, nihilque jam de rerum natura tam poëticum fingi posse videatur, quod non ab aliquo fingatur Philosophorum. Hinc modo cum horologiorum inconstantia, modo cum aegrotorum somniis, modo cum Andabatarum pugnis a sapientissimis scriptoribus comparata: hinc senatusconsulto a Romanis expulsa, et ad suos Graeculos redire jussa: hinc denique a Graecis ipsis simulandi ars saepe dicta, cujus fama et auctoritas non ipsa dignitate rei, sed singulari habitu, et contemtu ceterorum sustineretur. Quem ad modum enim summi in Republica Magistratus si vulgari coeperint et cuilibet aetati mandari, splendorem et auctoritatem amittunt; unde fit, ut habitus ipse et antiqua potestatis insignia ad mores degeneres accommodata irrideantur: ita philosophica studia, maximarum rerum tractatione paene divina, postquam in medio posita sunt, et cuique sine delectu communicata, in contemtum abiere, palliumque ipsum pristinae majestatis insigne ad irrisionem traductum est. Ago igitur causam vestram, sapientissimi viri, cum dico, non esse adolescentibus dandum, ut ipsi per se, cum paullum aliquid in schola sederint, statim philosophentur. Cum enim praestare nequeant, quod conantur, tanto nomini injuriam faciunt, et numerum quidem augent, si Diis placet, Philosophorum, sed pretium imminuunt. Ago etiam vestram, adolescentes studiosissimi,

quos cum videam in rerum difficillimarum tractatione magno cum labore fluctuare, ex illo velut Euripo in tranquillum pacatumque mare deduco, ubi et facilitas navigandi jucunditatem pariat, et opportunitas laudem et modus utilitatem. Ago denique causam tuam, Princeps Eminentissime, qui cum velis et identidem jubeas, juventutem hanc ad morum et litterarum institutionem tibi concreditam non garrulam in disserendo esse, non acerbam, non pugnacem, genus hoc nostrum adsciscere potes Philosophiae, quod nullam sententiae dictionem habet, sed solis narrationibus continetur.

Itaque summopere sane in votis hoc nobis versatur, ut ii praesertim omnes, quorum curae juvenum animis conformandis addictae sunt, ad longe consultius quidem, quam quod hodie captari solet, philosophiae universae studium ipsos praeparare et quasi enutrire nitantur: ne iidem, fallacibus obscurorum quorundam virorum praeceptis seducti, intra tristissimos illos tenebrarum terrores misere unquam dispereant!

ADDITAMENTA.

ADDITAMENTUM PRIMUM.

Chr. Ad. Klotzii

prolusio de vera causa, cur hodie quoque latina lingua studiose addiscatur? Schelleri libro utilissimo, cui inscribitur: „Anleitung, die alten Lateinischen Schriftsteller in den obern Classen der Schulen philologisch und kritisch zu erklären, Halle 1770. 8.," praefationis loco praemissa.

Ad pag. 6.

Ich bediene mich dieser Gelegenheit, die mir das Verlangen meines Freundes, seine Schrift mit einer Vorrede herauszugeben, darbietet, um die Frage zu untersuchen: Warum lernt man

---

Chr. Ad. Klotzii — praemissa.] Eos omnes, quorum interierit, cum hac praestantissima Klotzii prolusione aliorum quoque virorum doctorum monita in eadem re versantia rite comparasse, haud parum sibi consulturos puto, si exactissima duumvirorum, bene merita ingenii laude jam dudum inter nos celebrium — Rehbergii scilicet atque Posselti — de hac ipsa quaestione judicia sedulo perpenderint: quorum quidem *ille* eandem sub duplici inscriptione: *Sollen die alten Sprachen bey dem allgemeinen Unterrichte der Jugend in den höhern Ständen zu Grunde gelegt, oder dem eigentlichen Gelehrten allein überlassen werden?* atque: *Verfolg der Untersuchung über die Allgemeinheit des Unterrichts in den alten Sprachen,* jam intra annos 1788. et 1789. accurate pertractavit in diario notissimo, cui inscriptum est: *Berliner Monatsschrift*, e quo, paucis mutatis, tota expositio in *Operum* auctoris Partem *primam*, sub titulo: *Sämmtliche Schriften von August Wilhelm Rehberg*, *Hannover* 1828. 8. nuper editam, pag. 261—295. recepta fuit; *hic* vero ipsam in singulari tractatu anno 1788. sub inscriptione: *Ist es wohl der Mühe werth, die römische Sprache zu studiren? Einige Worte zur Beherzigung für Schriftsteller und Patrioten,* seorsim edito gnaviter perpendit, quem serius ejusdem *Opusculis*, sub titulo: *Kleine Schriften von Ernst Ludwig Posselt*, Norimbergae 1795, 8. divulgatis p. 269—305. insertum laetamur. Ceteroquin vero, quum Klotzii non minus, quam Rehbergii atque Posselti disquisitiones contra inconsulta illa Basedovianae scholae molimina maxime directae fuerint, cuicunque hanc rem penitius perscrutaturo operae pretium erit, ea quoque ex ipso fonte cognovisse; quod tum aliorum hujusce scholae defensorum, tum Joh. Stuvii scriptis, a Joh. Henr. Campio Brunsvici 1795. 8. editis, perlustratis bene processurum arbitramur: quippe quorum tomo secundo, praeter alia ejusdem farinae schediasmata, sub titulo: *Wider das Lateinschreiben*, epicrisis peculiaris, materiam nostram concernens, injuncta est. Justum tamen inveteratae disciplinae repudium eo minus quempiam exinde petiturum censemus, quo efficacius procaciora illa docendi studendique consilia iis ipsis refutata scimus, quae, (ut alios taceamus) Joh. Mich. Heinze in Progr.: *Empfehlung des Fleisses in der lateinischen Sprache und Schreibart*, *Weimar* 1777. 4., Frid. Gedicke in Progr.: *Vertheidigung des Lateinschreibens und der Schulübungen, welche damit angestellt werden*, *Berlin* 1783. 4., Ludov. Frid. Theod. Stetfeld in Progr.: *Einige prüfende Anmerkungen über die, gegen das Studium der lateinischen Sprache in unsern Tagen überhand nehmenden Klagen*, *Bayreuth* 1786. 4., nec non Joh. Aug. Phil. Hennicke in Progr.: *Ist das Lateinlernen auch in den niedern Klassen der Schulen von einigem Nutzen? Merseburg* 1793. 4., apposite profecto contra monuerunt. V.

die Lateinische Sprache? — Man wird sich vielleicht wundern, dass ich eine Materie abhandeln will, die bey der grossen Menge derer, von denen man sagt, und die es selbst glauben, dass sie Lateinisch lernen, längst bekannt und völlig auseinander gesetzt scheinen könnte. Allein wenn man die verschiedenen Vorschläge ansieht, die man seit einiger Zeit gethan hat, um dieses Studium theils leichter, theils nützlicher einzurichten, so wird man finden, dass man sich über die Entscheidung dieser Frage noch nicht vereiniget, ja sie vielleicht gar aus der Acht gelassen habe. Denn die Beantwortung einer andern Frage: Wie erlernt man die Lateinische Sprache? hängt, wo ich nicht irre, von der erstern ab, und zugleich das Urtheil, das von der grössern oder geringern Brauchbarkeit verschiedener dahin abzielenden Vorschläge zu fällen ist.

Das deutsche Publicum sieht jetzt mit dem eifrigen Verlangen, das mit angenehmen Hoffnungen allezeit verbunden ist, der Ausführung jener schönen Entwürfe entgegen, die Herr Basedow ihm vorgezeichnet hat. Auch sie zielen darauf ab, die Erlernung der Lateinischen Sprache zu erleichtern. Ich freue mich, dass ich mir bewusst bin, einerley Absichten mit einem Manne zu haben, den der vernünftige Theil Deutschlands allezeit hochgeschätzt hat, und dessen Freundschaft ich seit einigen Jahren unter die angenehmsten Früchte rechne, die ich den Wissenschaften zu danken habe. Ihm widme ich besonders meine Gedanken, und von ihm eines Bessern belehrt zu werden, wird für mich eben so angenehm seyn, als wenn er mir seinen Beyfall ertheilt. Der Unterricht eines Basedow ist allezeit fruchtbar, ist erwünscht einem jeden, der sich nicht für unfehlbar ansieht, und jeder, der nicht als Antiquar denkt, wird sich darüber freuen; gesetzt, dieser Unterricht sey auch seinen eignen Sätzen entgegen.

Ich komme auf mein Vorhaben zurück. Warum lernt man die lateinische Sprache? Man rechnet die Fertigkeit, Lateinisch zu reden, unter die Ursachen, warum man Lateinisch lernt. Wahrhaftig eine Sache von sehr eingeschränktem Nutzen! Wie viele werden in die Nothwendigkeit gesetzt, Lateinisch zu reden? und wie oft? Ein Reisender, der nicht der Französischen Sprache mächtig ist, wird doch nicht überall mit der Lateinischen durchkommen, und die meisten Gelehrten verstehen doch gewiss eben so gut Französisch, als Lateinisch. Auf Universitäten nöthigen uns gewisse, von unsern Vorfahren aus guten Absichten und nicht ohne Nutzen gemachte Anstalten, Lateinisch zu reden. Aber auch hier ist die Anzahl derer sehr klein, die dieses thun müssen: die meisten sind von diesem Zwange befreyet, und es verlohnt sich wahrhaftig nicht der Mühe, um deswillen eine Sprache zu lernen, weil man etwan zwölf Stunden in seinem ganzen Leben öffentlich in derselben disputiren muss, opponiren, präsidiren, und wie diese Terminologie weiter heisst. Lateinische Vorlesungen zu halten, war zu unserer Väter Zeiten gewöhnlich, und diese Einrichtung hatte mancherley Vortheile. Wenigstens musste der Professor dann mit einer Sprache bekannt seyn, deren Erlernung zugleich viele gute Erkenntnisse einflösst, und Jünglinge, die auf Universitäten Collegien hören wollten, mussten gewisse Kenntnisse sich schon auf Schulen erworben haben, die dieselben jetzt erst auf Universitäten lernen, oder auch wohl in ihrem Leben nicht lernen. Unsere Zeiten sind gefälliger, als die Zeiten unserer Vorfahren. So wie der feinere Enkel die deutsche Offenherzigkeit und Treue

bäurische Sitten nennt, so rechnet er auch die Forderung, dass ein Professor auf Universitäten Lateinisch verstehen soll, unter die Pedantereyen, die wir uns ebenso wenig dürfen aufdringen lassen, als die Halskrausen und breiten Schuhen unsrer Grossväter.

Ausgebreiteter ist die Nothwendigkeit, Lateinisch zu schreiben. Man mag uns noch so viel von den Vorzügen der Landessprache vorsagen: man mag uns unsere Schuldigkeit, dieselbe zu bereichern und zu verbessern, noch so nachdrücklich vorhalten: wir können dieses alles zugeben, und dennoch verlangen, dass man uns auch Folgendes einräume. Ungerechnet die innerliche Vollkommenheit der Lateinischen Sprache, so ist sie einmal diejenige, welche sich am weitesten ausgebreitet hat: sie ist, da sie nicht mehr eine Sprache ist, die man im gemeinen Leben spricht, keiner Veränderung unterworfen; und also allgemein und zu allen Zeiten verständlich; sie wird auch gewiss, so lange nur noch ein Schatten der Gelehrsamkeit in unserm Welttheile übrig bleibt, ihr Ansehn behaupten. Es ergiebt sich hieraus wohl von sich selbst, dass gewisse Nachrichten und Wahrheiten, denen man eine allgemeine Ausbreitung wünscht, und die man auch auf die späteste Nachkommenschaft bringen will, in keiner Sprache besser zu diesem Endzwecke vorgetragen werden können, als in der Lateinischen. Hierdurch sprechen wir gar nicht denen das Wort, die elende Gedanken durch Lateinische Ausdrücke zu erhöhen glauben, oder den geringen Inhalt eines Buchs um deswillen verkennen, weil es in der sogenannten gelehrten Sprache abgefasst ist. Wer wollte nicht allezeit lieber gute Gedichte in unserer Muttersprache lesen, als jene elenden Lateinischen Centonen, durch die einige Neuere den Nahmen der Dichter sich zu erwerben getrauten? Allein es giebt doch auch Werke, deren Verf. eine grössere Absicht haben, als Dichter haben können: und alle lebenden Sprachen erfahren in mehrern oder wenigern Jahrhunderten ein Schicksal, das ihnen einen nicht geringen Theil von der allgemeinen Verständlichkeit raubt, und das die Römische Sprache nicht zu erwarten hat. Bücher, die gleichsam ewige Urkunden einer Nation seyn, und in der Bibliothek des menschlichen Geschlechts einen Platz erhalten sollen, zeichnet man dahero auch am sichersten in der Sprache auf, die in Ansehung einer immer fortdauernden Verständlichkeit und des weiten Umfanges am bequemsten zu jener Absicht ist.

Lateinisch schreiben, welches ich hier, wegen des Folgenden, erinnern will, heisst: erstlich die Lateinischen einzelnen Worte in eben der Bedeutung brauchen, in welcher sie die besten Schriftsteller der Nation zu der Zeit, da die Sprache in ihrer Blüthe war, brauchten: ferner in Ansehung der Verbindung der Wörter untereinander die Regeln beobachten, welche aus der Natur der Sprache fliessen, und durch den Gebrauch bestätigt worden sind: drittens in Ansehung des Ausdrucks der Gedanken, der Verknüpfung der Perioden, der ganzen Einkleidung der Materie, das der Römischen Sprache eigenthümliche Colorit seiner Schrift zu geben wissen. Das letztere ist ohnstreitig das schwerste. Man kann rein schreiben, deutlich, und der Stil kann doch immer noch im Ganzen nicht Römisch seyn. Scaligers Ausspruch hiervon ist bekannt *). Es ist desto schwerer, diese Eigenschaften

*) „Multi loquuntur Latine, pauci Romane: et si qui forte Romane, at raro genium illum Ciceroniani seculi assequuntur.“ s. Jos. Just. Scalig. Epist. ad Jo. Caselium.

zu erlangen, da man nicht durch Regeln sich dieselbe erwerben kann. Eine besondere glückliche Anlage muss die Natur gegeben haben, und das fleissige, mit einem gewissen zarten Gefühl verbundene Lesen der Autoren aus der besten Zeit kommt ihr zu Hülfe, und verschafft unserer Schreibart diese Bildung.

Es ist ein sehr übereiltes Vorgeben, wenn ein neuer Schriftsteller, der die Kunst, mit vielen Worten wenig und unter dem Scheine des Wahren viel Falsches zu sagen, versteht, und daher verführerisch und gefährlich ist, wissen will, „dass man bey den Philologen, die die Wissenschaften in Italien wieder erweckt, wenig originalen Geist antreffe, weil sie die Römische Sprache zu sehr geliebt, und in ihr geschrieben;“ ja man muss über den Mann die Achseln zucken, wenn er „über die Schwäche des menschlichen Geistes die Achseln zuckt, weil das Denken unter der Last der Gelehrsamkeit erliegt, die Erfindung sich bey dem künstlichen Nachahmen zerstreut, und die schöne fremde Sprache den Dialekt des Landes zäumet.“ *) Wer waren denn diese grossen Freunde der Lateinischen Sprache? Petrarch und Boccaz. Wie gross waren nicht aber auch die Verdienste dieser Männer um die Italienische Sprache! Wer einen Angelo Poliziano, Casa, Bembo, bloss als Lateinische Philologen kennt, wer nicht weiss, dass sie empfindungsvolle Dichter und auch um ihre Muttersprache verdiente Schriftsteller gewesen sind, der kennt sie kaum halb. Wie viel Originelles haben nicht Erasmus, Lotichius, Johannes Secundus, Heinsius, und Andere in ihren Lateinischen Schriften!

Man sieht leicht ein, dass mehrere das Lateinische Schreiben nöthig haben, als das Lesen. Unterdessen ist doch auch diese Anzahl nicht so gross, als die, welche Lateinische Schriften verstehn soll und muss. Ich rede nicht einmal von den neuern Zeiten, die die wichtigsten Werke in allen Theilen der Gelehrsamkeit in Lateinischer Sprache erhalten haben. Wer erkennt nicht seine Schuldigkeit, seinen Geschmack zu bilden, sein Urtheil über das, was schön, edel, erhaben, u. s. w. in der Schreibart ist, zu berichtigen und zu stärken, und sich jene Vollkommenheiten eigen zu machen, deren Muster die Lateinischen Schriftsteller sind? Denn dass das Studium derselben das zuverlässigste Mittel sey, sich einen richtigen und guten Geschmack zu erwerben, ist so sehr ausgemacht, dass es ekelhaft wäre, Beweise von einer so deutlich erkannten, und überall angenommenen Wahrheit zu geben und zu hören. Wie viel hierzu das richtige Verständniss des Originals beytrage, wie wenig die Uebersetzungen, lehrt die Erfahrung, und auch diese bestätigt die Wahrheit, dass der Besitz des guten Geschmacks für die Gelehrsamkeit, für die Gesellschaft, deren Mitglied ein solcher Gelehrter ist, und für ihn selbst unendliche Vortheile habe.

Um denen zuvorzukommen, die zwar die Nothwendigkeit des guten Geschmacks zugeben, aber ihn aus den neuern Schriften eben so richtig und mit leichterer Mühe zu schöpfen glauben, will ich eine schöne Stelle aus einem Buche abschreiben, das uns an seinem Verfasser den Philosophen, den geschmackvollen Lehrer, den Mann von Erfahrung und tugendhaften Herzen zugleich bewundern und lieben lässt. **) „An Vergleichungen

*) Ueber die neuere deutsche Litteratur, dritte Sammlung. S. 21.

**) S. Feders Schrift: Der neue Emil, oder von der Erziehung nach bewährten Grundsätzen. S. 136.

der Alten mit den Neuern dachte ich um so viel weniger, da ich, verführt durch meinen ehemaligen Lehrer, und durch meine eigene Erfahrung noch hartnäckiger gemacht, fest entschlossen war, meinen Lehrling vom Lesen der neuern Schriftsteller, so lange als möglich, zurückzuhalten; bis sein Geschmack vorher recht antik geworden wäre. — „Und also sollte er fremde Sprachen reden lernen, und seine Muttersprache nicht verstehen?" — Ein Kind, das in einem guten Hause erzogen wird, lernt durch die blose Unterredung seine Muttersprache so weit, dass man diejenige Ausbildung ohne Nachtheil verschieben kann, die dem Dichter und Redner, oder überhaupt dem guten Schriftsteller nöthig ist. Wann erst die Alten gelesen worden sind, dann wird in einem halben Jahre Alles reichlich eingebracht werden, was in der neuern Litteratur bisher verabsäumt worden ist. Der Jüngling, der die Alten im Kopfe hat, wird dann auch die Neuern besser verstehen und beurtheilen können, als ein anderer.

Wann erst die Alten gelesen — noch besser fände.] Licebit omnino mihi, nativam horum verborum veritatem laeto ex animo agnoscenti, ea quoque ipsis superaddere, quae Rehbergius, Vir Illustris, loco supra citato, pag. 218 seq. praeclare profecto ita hanc in partem protulit: *Die Bemühung, sich selbst, seinen Stand und Beruf, durch eine höhere Beschäftigung mit seiner Eigenthümlichkeit, als das tägliche Bedürfniss erfordert, zu veredeln, ist das wirksamste Mittel, der Unzufriedenheit mit sich, mit seinem Berufe und seinem Stande entgegen zu arbeiten, die so gewöhnlich ist, und immer mehr überhand nehmen wird, je mehr junge Leute mit einer Mannigfaltigkeit von Gegenständen, von Beschäftigungen und Zeitvertreiben, von Arbeiten und Genüssen bekannt gemacht werden: und die sichtlich durch einige neuere, gutgemeinte, aber übel ausgedachte Grundsätze der Erziehung und des Unterrichts befördert wird. Man glaubt, dieser Unzufriedenheit und Missmuthigkeit entgegen zu arbeiten, indem man die Menschen immer nur geschickter zur Arbeit und frühzeitig recht praktisch macht. Ein sehr falsches Mittel, welches gerade nur dazu wirkt, die Menschen fühlen zu machen, wie sehr sie in unsern verwickelten Staatsverfassungen Maschinen in höherer Hand sind, und die Wirksamkeit nach eignen Gedanken und Einsichten zu verringern. Weit entfernt, die Menschen zu ihrem Berufe herabzuziehen, sollte man vielmehr bemühet seyn, diesen Beruf dadurch zu veredeln, dass man die Menschen in ihm, so viel immer möglich ist, zu einer höhern Bildung führte, als gerade das Bedürfniss nothdürftig erfordert. Wenn nun die alte Literatur die Grundlage unsrer meisten wissenschaftlichen Kenntnisse ausmacht; so dürften wohl sehr wenige Ursache haben, sich die Zeit gereuen zu lassen, die sie in ihrer Jugend auf eine vernünftige Beschäftigung mit derselben verwandten. Täglich aber hat man Gelegenheit, von praktischen Geschäftsmännern, die sich über das ganz Gemeine nur etwas erheben wollen, klagen zu hören, dass sie in dieser nothwendigen Kenntniss der alten Sprachen versäumt worden. Die Frage über die Allgemeinheit des Studiums der alten Literatur in den Schulen für die höhern Stände heisst also eigentlich so viel: Soll die Erziehung des grossen Haufens dieser Stände darauf angelegt werden, jeden einigermaassen fähigen Kopf in den Stand zu setzen, sich nach dem Maase seiner Anlagen in den Wissenschaften auszubilden, von denen er einiger Kenntniss zu seinem Berufe nothwendig bedarf; oder sollen vielmehr dem unfähigsten Haufen, der gerade nur so viel zu lernen vermag und zu lernen Lust hat, als er nothdürftig braucht, um durch die Welt zu kommen, — sollen diesem zu Liebe die Mittel einer, nur nach eigenen Kräften und Umständen zu bestimmenden wissenschaftlichen Ausbildung, dem grössten Theile Derer, die sich doch immer einigermaassen mit den Wissenschaften beschäftigen müssen, entzogen werden? Denn diese beiden Classen können nicht vom Erzieher abgesondert werden; sie sondern sich erst nach halb oder mehrentheils vollendetem Unterrichte von selbst ab.* Quis est, qui haec omnia hodienum quoque sanctissima perpensione prae ceteris digna non censuerit?

V.

Denn der Geschmack wird sicherer nach den Alten gebildet, da bey ihnen das Klassische durch die Probe vieler Jahrhunderte schon besser ausgesucht ist, als bey den Neuern, wo noch Mode, Glanz und allerhand Vorurtheile blenden. Und endlich ist bey dieser Methode nicht zu befürchten, dass der Schüler zu dem mühsameren Lesen der alten Schriftsteller nicht mehr Lust haben möchte, wenn es zu späte geschehen soll; wie es bey gar vielen von denjenigen geht, welche zu früh an die leichtere Unterhaltung der Neuern gewöhnt werden. Sie überreden sich dann gar geschwinde, dass es nicht nöthig wäre, die Alten mit vieler Mühe gründlich zu studiren, da man alles, was zur Bildung des Verstandes und Witzes nöthig wäre, bey den Neuern eben so gut und noch besser fände. Ich will meine Meinung niemand dictatorisch aufdringen; aber ich habe mich bis jetzt weder durch Gründe des Nachdenkens, noch durch Beyspiele davon überzeugen können, dass es überhaupt der Gelehrsamkeit, oder dem Genie mehr Vortheil als Schaden bringe, wenn man, wie es jetzt fast die Mode will, so bald der neuern Litteratur sich ergiebt, und so frühe über die Kunst philosophirt, und so viele kritische Schriften liest. Einmal dünkt mich, diese Gewohnheit zu studiren wäre immer die Epoche gewesen, wo die Meisterstücke aufhörten, und seichte Gelehrsamkeit und Geschmack am Gesuchten, Gezwungenen, Unnatürlichen zu herrschen anfing. Sodann sehe ich, dass dies das Mittel ist, gelehrt zu scheinen, ohne es zu seyn. Und so viele kritische Schwätzer, vor denen man in keiner Gesellschaft mehr sicher ist, bestätigen mich mehr und mehr in dieser Ansicht. Ich meines Orts also hüthete mich sorgfältig, diese Neigung zur neuern Litteratur und zum Lesen kritischer Schriften, wozu ohnedem von allen Seiten her so viel Anlass gegeben wird, durch die Art meines Unterrichtes bey jungen Leuten noch mehr zu stärken. Ich gewöhnte sie, ihre Lust bey den Alten zu finden, ihre Schönheiten recht zu fühlen, ganz einzusaugen. Ich bin darum kein Feind der Neuern; auch kein Feind der kritischen Vergleichungen: nur möchte ich der Litteratur und Kritik nicht die wahre Gelehrsamkeit und noch weniger der frühen Kenntniss in den Werken des Geschmacks die

---

Ich will meine Meinung — in dieser Ansicht.] Vel haec nostrum temporum hominibus enixe inculcanda esse, quisque intellexerit necesse est, qui veram bonarum litterarum conditionem hodie obtinentem apertis oculis intueri consuevit, eaque ipsa juste perpendit, quae nos supra, *Excursu tertio*, hunc in finem libere notavimus. Non possumus tamen, quin aliquid saltem ex iis huc transferamus, quae Posseltus, Vir Egregius, loco supra laudato pag. 274 seq. peracute profecto de hac re disseruit. Siquidem haec inter alia ibidem pag. 279. leguntur: *Welches sind wohl die wahren Kläger über das zu weit getriebene Studium der lateinischen Sprache? ...... Meist jene unächten, unwürdigen schönen Geister, wovon es wimmelt in Teutschland; die nichts als den Gedanken ihrer eignen Grösse anstaunen; die aus glühendem Durste nach Originalität nichts Fremdes über sich dulten, nichts bewundern, nichts nachahmen wollen; die den wahren Geist und das schöne Eigenthümliche der römischen Sprache nicht kennen, und nun ihrer Unwissenheit durch hämischen Tadel ein Opfer bringen. Solche Feinde sind wohl nicht gar furchtbar; denn man weiss ja, wie sehr unsern empfindsamen Modeschriftstellern Alles ein Gräuel ist, was Mühe fordert. Ihr ganzes System bringt es daher auch mit sich, dass sie über die Sprache der sieben Hügel und ihren Gebrauch mit Erbitterung schimpfen, oder — wenn sie feiner seyn wollen — grossmüthig von ihrer Höhe herablächeln.* Agnoscitisne imaginem vestram, vos, qui per fere desolatos bonarum litterarum campos hodie quoque grassamini? V.

Unschuld der Sitten aufopfern. Mehr will ich nicht sagen. Ich werde ohnedem wohl Manchen schon zu viel gesagt haben."

Wenn verstehen wir die alten Autoren? Wenn wir mit ihren Wörtern eben die Ideen verbinden, die sie damit verbunden; wenn wir die eigenthümliche und figürliche Bedeutung der Ausdrücke inne haben, den Unterschied zwischen nahe mit einander verwandten Wörtern einsehen, ihren Ursprung und ganzen Umfang kennen, kurz alles das leisten, was der gelehrte Verfasser dieses Buchs von einem Erklärer der alten Schriftsteller verlangt.

Dieses vorausgesetzt, dächt' ich, dass man nicht lange unentschlossen bleiben könnte, die Quellen, woraus man diesen dreyfachen Vortheil zu schöpfen hat, anzugeben. Es kommt eigentlich darauf an; soll ich mich der alten Autoren einzig und allein bedienen? soll ich den Anfang mit den Lateinischen Schriften neuer Gelehrten machen, und dann die Alten erst hinzuthun? oder doch überhaupt mehr jene als diese der Jugend vorlegen? Wer diese Frage thut, der zeigt zweyerley deutlich: erstlich, dass er den Hauptnutzen, den die Jugend aus dem Lesen der alten Autoren ziehen soll, nicht erwägt; zweytens, dass er keine gründliche Kenntniss unter der Kenntniss der Lateinischen Sprache, die er verlangt, versteht. Wenn man nichts als Wörter aus den alten Autoren erlernte, welch' eine Thorheit wäre es, ihre Sprache mühsam zu erlernen! Das Lesen derselben bereichert uns nicht allein mit mancherley Kenntnissen, sondern es flösst uns auch den guten Geschmack ein. Die zarte Seele der Jugend, der wir die Autoren erklären, wird zum Gefühl der Schönheit gebildet. Geben wir ihr neue LateinischeSchriften in die Hände, so können sie zwar daraus Lateinische Ausdrücke in gewissem Maase lernen, auch zugleich manche gute Sachen; allein für den Geschmack wird nicht gesorgt. Immer noch Glück genug für den Jüngling, wenn er bey dem Lernen der Lateinischen Wörter und Redensarten seinen Geschmack nicht verdirbt, nicht eben den trockenen, unberedten, unzierlichen Vortrag sich angewöhnt, der in den meisten Büchern von dieser Art herrscht! Allerdings ist es leichter, den Orbis sensualium pictus oder die sämmtlichen Colloquia, die man in neuern Zeiten verfertigt hat, zu verstehen, als den Ovid oder Virgil: ich will auch zugeben, dass man tausend Dinge aus jenen lernen kann, davon in diesen nichts vorkommt: allein welcher Unterschied muss nicht zwischen dem Geschmack zweyer Jünglinge seyn, deren einer sein Latein aus jenen, und der andere aus diesen gelernt hat? An der schönen Einkleidung einer Materie, an der Beredsamkeit, an dem Schmuck, an der Artigkeit, mit welcher die Alten eine Sache vortrugen, soll die Jugend Geschmack finden, indem sie die alten Autoren liesst; nicht blos um der Wörter willen sie lesen. Was ist auch dieses für eine Kenntniss der Sprache, die man aus den neuern Büchern schöpft?

Ich läugne nicht, dass einige neue Gelehrte so glücklich gewesen sind, den Römern gleichsam ihre Manier abzulernen, und ihrem Styl fast eben den Ton oder die Farbe zu geben, die einem Cicero und seinem Zeitalter eigen ist. Allein durch diese Vorzüge nähern sie sich zwar den Römern, aber sie sind und werden dadurch nicht die Römer selbst. Diese behalten allezeit einen Vorzug vor dem glücklichsten Nachahmer. Warum wollen wir also nicht zu den Quellen selbst gehen? warum wollen wir nach der Copie studiren, da wir uns das Original vor Augen legen können? Ueber dieses wird auch der beste neue Lateinische Schrift-

steller nicht ganz vollkommen rein schreiben. Manutius, Bembo, Sadolet, die sich eine grosse Stärke in der Lateinischen Sprache erworben hatten, sind doch nicht rein: noch weniger Camerarius, Muretus und andere. Immer verräth die Muttersprache ihre ersten Eindrücke, die sie auf uns gemacht hat, und ehe wir es vermuthen, denken und reden wir auf eine Art, die uns natürlich, und gleichwohl der Lateinischen Sprache fremd ist. Die nöthige Auswahl unter den Neuern hat man nicht einmahl sorgfältig beobachtet. Man hat der Jugend Bücher vorgelegt, die voll fremder Wörter, falscher Ausdrücke, fehlerhafter Verbindungen sind. Hat man nicht Schurzfleischens und Buchners Briefe und Reden lange in den Schulen als ein Mittel angesehn, die Lateinische Sprache der Jugend beyzubringen? Und sind nicht beyder sonst verdienter Männer Schriften ganz unlateinisch? Ein auch unter uns berühmter Italiener hat den daraus entstehenden Schaden sehr nachdrücklich geschildert *).

Wenn man endlich auch das Lateinische Colorit zu den Eigenschaften eines guten Stils rechnet, wie es darzu gerechnet werden muss, so sieht man ja deutlich, dass man es auf keine andere Art erlangen kann, als durch das Lesen der alten Autoren, deren Eigenthum dasselbe war. Wo ich nicht irre, so folgt hieraus, dass das Lesen der neuern weder zum Verstehn, noch zum Schreiben hilft. Ja eben daher, weil viele ihr Latein aus den neuern Schriften lernen, geschieht es, dass sie zwar Lateinische Wörter zusammen setzen können, allein wie steht es mit den andern Eigenschaften eines guten Stils? Diese vermisst man gänzlich. Es ist unmöglich, dass der, welcher die Sprache aus einem orbis pictus oder ihm ähnlichen Büchern lernt, jemahls das Periodische der Sprache in seine Gewalt bekommen kann. Seine Schreibart wird gebrechlich seyn, zerrissen, und es wird ihr jene schöne Verbindung der Glieder, und jene Kunst in den Uebergängen ganz fehlen, die einer Schrift unbeschreibliche Annehmlichkeit geben. Morhof, welcher doch eben auch nicht ein besonders zierlicher Schriftsteller war, urtheilt von den Schriften des Comenius ungemein richtig, und die Erfahrung bestätigt sein Urtheil **). Noch mehr; Leute, die das Latein auf diese falsche Art erlernt, brauchen nicht allein die Wörter falsch, und wider die Beyspiele der Alten nach einer fehlerhaften Gewohnheit der Neuern und können ihren Schriften niemals das

---

*) „Permulti hac nostra tempestate eo devenerunt amentiae, ut optimis quibusque autoribus valere jussis semilatinos istos recentiores, fuco plenos, nullius succi ac sanguinis, in deliciis et amoribus habeant, libentius pervolutent, iisque solemne dicant sacramentum. Cum ex ea lectione aut brevitatem faciant Sibyllinis foliis obscuriorem, aut ventosum ampullatumque dicendi genus, quod coelum ipsum audacia petit, cum tumultuariam ineptarum vocum congeriem et desultoriam ubique orationem ostendant, qua ratione fieri potest, per Deum immortalem! ut tam pestiferam labem minime contrahant, neque in tam projecta latinae linguae corruptela periclitentur!" — S. Paulini a Sancto Josepho Oration. p. 27.

**) in Polyhist. T. II. L. I. c. 15. p. 119 seq. „Quod ad Grammatica praecepta attinet et ad Grammaticam latinae linguae culturam, ejus aliqua ratio habetur, purae et solidae latinitatis nulla. — Janua ejus utut compendium linguae haberi possit et nominum ac verborum simul junctorum, sanae tamen structurae, quae consistit in connexione verborum, usu particularum et forma periodorum, nulla illic haberi potest idea. Quare ieiunum et macilentum sermonem pueris a prima aetate instillavit, quum succi plenus magis et nervosus sermo hauriri possit ex integro aliquo sermone, justis suis membris et commatibus concinnato, qui typus plus imprimit animo, quam illa rerum multitudo, quanquam distinctissima."

Periodische der Römer geben, sondern sie können die alten Autoren eben so wenig verstehen, als die unter den neuern, welche sich nach jenen gebildet haben. Man nehme nur die Worte haeresis, calumnia, probabilis etc. und sehe, wie viele oder wie wenige auch von denen, die erträglich Lateinisch schreiben, sie verstehen. So hatte Grävius auch ohne Zweifel diese Sprache gelernt: er hatte bereits disputirt und perorirt, und als er Gronoven den ersten Brief des Cicero erklären sollte, wusste er nichts. Dieses ist das Schicksal Aller, die die Sprache nicht aus den Alten selbst lernen, und durch Hülfe der gewöhnlichen Wörterbücher und neuern Schriften sich eine Fertigkeit zu schreiben und zu reden erworben haben. Sie blenden zwar einen, der gleichfalls keine gründliche Kenntniss der Sprache hat: aber ein Kenner wird also bald den Römischen Geist und die genaue Bekanntschaft mit der Sprache vermissen. Allein schon der Gebrauch der Verbindungswörter und Partikeln verräth die Quelle, woraus man seine Sprachkenntniss geschöpft hat.

Wer bey dem Studio der Lateinische Sprache weiter nichts sucht, als dass er hurtig reden, neue Schriften ziemlich verstehen, auch den Sinn der Alten, bey leichten Stellen errathen, und übrigens so Lateinisch schreiben lerne, dass er von seines Gleichen verstanden werde, der nehme Langii Colloquia, wenn er damit fertig ist, etwan Castellios, und Seybolds Schriften, lese des Heinnecius Fundamenta Stili durch, lerne eine Menge Phrases auswendig, ohne sich allzugenau um ihren Sinn zu bekümmern, und er wird seine Absicht erreichen. Nur muss er dann nicht sagen, dass er Lateinisch verstehe, und dass ihm das Studium der Lateinischen Sprache zugleich ein Hülfsmittel zur Bildung des Geschmaks gewesen sey. Ihn hat Taubmann gewiss nicht in Gedanken gehabt, wenn er zu einer Zeit, da die Academischen Würden zuverlässigere Beweise von der Geschicklichkeit eines Mannes waren, als vielleicht zu unseren Zeiten, sagte: „Facilius esse in triplici Facultate Doctorem hodie fieri, quam orationem Romanam aut Ciceronianam elaborare" *). Zweyerley pflegen diejenigen vorzubringen, die das Lateinische aus den neuern Schriften erlernt wissen wollen. Einmahl, sagen sie, die alten Autoren sind für die Jugend zu schwer: man muss ihnen verständlichere Bücher in die Hände geben. Es ist wahr, man würde thöricht handeln, wenn man alte Autoren ohne Unterschied der Jugend erklären wollte. Allein kann man denn hier keine Auswahl machen? Kann man nicht die leichtesten Stellen aus dem Cicero aussuchen, und stufenweise zu schwerern fortgehen? Ist es schwerer, ein Empfehlungs- oder Danksagungsschreiben des Cicero zu verstehn, als einen Unterricht von natürlichen Dingen, den man dafür der Jugend geben will? Gessner hat hiervon sehr richtige Gedanken, wenn er schreibt **): „At difficilis nimium est Cicero pro tenera aetate, et abstrusos habet sensus? Neque negari potest, multa esse, quae non pueris tantum sunt difficilia, sed viris etiam negotium facessunt. Sunt tamen plura, in epistolis in primis ad diversos, adeo plana et obvia, quae et proponi pueris et intelligi facile ab iisdem possint. Possunt ex orationibus excerptae narrationes et quae in praefationibus dialogorum historiam sapiunt, si quidem magistri accedat industria parvo labore a tironibus intelligi. Nihil interesse aiunt quidam, quis a pueris primum legatur, cum structurae aut compositionis

*) Dissert. de lingua Latina. p. 112.

**) s. Joh. Matth. Gesneri Institut. Rei Scholasticae. p. 67.

elegantia, quae potissima Ciceronis virtus sit, ab illis non sentiri, nedum ut imitatione exprimi possit. Quibus breviter respondendum, si vel maxime non sentiant nitorem orationis Ciceronianae, utile tamen esse, si vel non sentientibus quaedam illius haereant, et emendate loqui ac scribere prius discant, quam de vitiis sermonis quidquam illis innotuerit.“

Ueber dieses bleibt auch immer noch die Frage übrig, was leichter, besonders von erwachsenen Jünglingen, verstanden werde, ob das aufgedunsene Latein in den neuen Büchern, oder der plane und simple Stil der alten Autoren?

Den zweyten Einwurf nimmt man von den so hoch gepriesenen Realien her, die durch die neue Methode der Jugend beygebracht werden sollen. Nicht blos Wörter, auch mit den Wörtern soll sie Sachen lernen. Die Forderung blendet genug! Nur sage man mir, ob eigentlich das Alter, dem man die sogenannten Realien schon vorträgt, auch geschickt genug sey, sie zu fassen? Man sage mir ferner, ob dieses keine Realien seyen, wenn ich die vortrefflichen Regeln der Sittenlehre aus dem Cicero der Jugend vorlege, einnehmende Beyspiele der Tugend zeige, und dadurch der zarten Seele edle Gesinnungen einpräge? Sollten diese Realien nicht wichtiger für das ganze künftige Leben und den Staat seyn? Sollte es nicht einen reellern Nutzen haben, wenn der Knabe seine Empfindungen des Dankes, der Freude, des Mitleidens natürlich und gut ausdrücken lernt, und zwar recht zeitig lernt, als wenn ich das Gedächtniss desselben mit den Benennungen der Handwerker, ihrer Instrumente u. s. w. oder der Kräuter beschwere? Ja, sagt man, eben diese Wörter lernt man nicht aus den alten Autoren, und daher weiss die Jugend nicht einmal das zu benennen, was sie täglich sieht und hört. Muss sie denn aber auch diese Sachen zu benennen wissen? Warum soll sie denn alles dieses mit dem Lateinischen Namen belegen? „Um davon zu reden.“ Ich sehe nicht ein, mit wem und aus welcher Ursache? Denn hoffentlich wird man doch nicht die Lateinische Sprache als die Sprache des gemeinen Lebens wünschen: hoffentlich wird man auch nicht glauben, dass, wenn junge Leute die Fertigkeit erlangten, von allen Dingen des gemeinen Lebens Lateinisch zu plaudern, dadurch der Litteratur ein Dienst erwiesen, oder durch dieses Plaudern eine ächte Kenntniss der Sprache beygebracht würde. *) Also davon zu schreiben und Bücher, die hierher gehören, zu verstehn? O dann ist es noch Zeit, bis der Jüngling mehrere Jahre bekommt! Dann kann er den Plinius, Vitruv, Columella, und andere lesen. Reichen diese nicht zu, so kann er auch neuere Schriftsteller zu Rathe ziehn. Die Sache ist so schwer nicht, dass er nicht, wenn er mit dem Reichthum der Sprache bekannt worden, selbst glücklich hierinne fortkommen sollte. Bald lassen sich diese Wörter erlernen, wenn man auch zuvor niemals an sie gedacht hat. Und wenn ich nun ein Wort nicht weiss, so kann ich ja zu einem Wörterbuche meine Zuflucht nehmen: fast der einzige Fall, worinne noch unsere gewöhnlichen Wörterbücher einen Nutzen haben. Nun versuche man einmahl auch, ob man eben so leicht die Alten verstehn, oder den ächten Stil in seine Gewalt bekommen könne, wenn man auch alle Benennungen der Dinge aus dem gemeinen Leben fleissig und treulich erlernt hat! Endlich ist auch es ganz wunderlich, dass man eine Methode als

*) v. Heumanni Poecile, T. I. L. I. p. 94 seq.

allgemein empfehlen will, nach der doch nur Einige Wenige unterrichtet werden müssen. Alle Gelehrte können die Veranlassung haben, von theologischen, philosophischen Dingen u. s. w. zu schreiben, etwas zu erzählen, zu beschreiben, die Sprache der Freude, des Beyleids u. s. w. zu reden; hingegen wie viele können wohl in die Nothwendigkeit gesetzt werden, vom Schuster, Tischler, Schneider u. s. w. Lateinisch zu schreiben?

Ich wünsche recht sehr, dass man Herrn **Schellers** Vorschläge, die dieses Buch enthält, fleissig überdenke. Sie zeugen von einer so genauen Bekanntschaft mit der Lateinischen Sprache, als man gewiss selten jetzt antrifft. Man nimmt überall den Mann wahr, der mit **kritischem** Fleisse und philosophischer Scharfsinnigkeit eine Sprache studirt hat, die so viele verstehen wollen, und so wenige verstehn. Wenn man seine Anmerkungen betrachtet, so wird man finden, dass die gemeine Methode, diese Sprache zu erlernen, eben so wenig die ächte sey, als die gemeinen Begriffe, nach denen man die Kenntnisse derselben prüft, abmisst und beurtheilt, die richtigen sind. Besonders wird man mit Vergnügen wahrnehmen, dass der Herr Verfasser die wahren Bedeutungen aus den lautersten Quellen geschöpft, nicht *aus* den durch übeln Gebrauch gleichsam bestätigten Beyspielen hergeleitet habe. Kurz, das ganze Buch presst uns den Wunsch ab, dass doch mehrere Schulen das Glück haben möchten, einen so gründlichen Kenner der alten Sprache zu ihrem Vorsteher zu haben, als das Lübbensche Lyceum an Herrn **Schellern** besitzt. Man kann demselben nicht anders als Glück zu diesem Lehrer wünschen. Ich selbst freue mich, dass die Freundschaft des Verfassers mich in den Stand gesetzt hat, durch die Herausgabe einer so nützlichen und gelehrten Schrift mir ein Verdienst um den Unterricht der Jugend, und eben dadurch um die Litteratur selbst zu machen, das ich nicht geringe schätze. Mögen doch andere Geburten der jetzigen, und wie man uns zu glauben befiehlt, glänzenden Epoche unserer Litteratur, in den Augen der grossen Menge ein prächtiger Ansehn haben: unter die nützlichen Bücher gehört das gegenwärtige gewiss.

Uebrigens ist mein aufrichtiger Wunsch, dass man den Nutzen der Lateinischen Sprache beherzigen, und sich eine gründlichere Erkenntniss derselben zu erwerben suchen möge, als in den meisten Gegenden unseres Vaterlandes jetzt geschieht. Ein bekannter Schwärmer warf im vorigen Jahrhunderte die Frage auf: **Was ist denn die Lateiner Sprache, welche der Gelehrten Sprache worden?** und beantwortet sie also: **Ist sie nicht die Babelsche Verwirrungssprache, eine Ursach der Christenabgötterey, eine Verderbung aller Wissenschaften, dadurch keiner mehr des andern Sprache vernommen? Ja ist die Lateiner Sprache nicht der grosse Antichrist, nach der Johannes Offenb. 13., 28. dessen Nahmen 666. ist?** *) Fast sollte man glauben, dass jetzt diese Meynung von der Schädlichkeit der Lateinischen Sprache in Deutschland sehr allgemein werde, und man sich aus Pflicht, dem bösen Antichrist Abbruch zu thun, verbunden halte, sie gänzlich zu verachten. Sind nicht auch unsere Zeiten tiefer apocalyptischer Weisheit genug ergeben, um eben so abgeschmackte Dinge zu sagen, als Quirinus Kuhlmann?

*) Kuhlmanns neubegeisterter Böhme, 992ste Frage.

ADDITAMENTUM SECUNDUM.

Joh. Aug. Ernestii
oratio de vera humanitatis disciplina.

Ad pag. 9.

Rector Academiae Magnifice, Viri Divinae Humanaeque Sapientiae Consultissimi,

Commilitones Humanissimi:

Est haec nobis a majoribus tradita, et doctissimo cuique usurpata consuetudo, ut, qui, Principis beneficio, publice in hac Universitate literaria docendi potestatem sunt consecuti, adeundi muneris causa, orationem ex hoc loco habeant eam, qua non solum gratos se pro beneficio probent, sed etiam initia Professorii muneris, disputatione aliqua ex interioribus literis depromenda, commendent. Ac profecto non is ego sum, qui morem hunc institutumque majorum reprehendendum putem: quo colendo effici arbitror posse, ut, eodem tempore, et gratus et doctus reperiar. Sed me non solum verecundia quaedam ab hoc consilio avocat, et is, quem mea mihi natura attribuit, pudor, alienus ille fortasse ab hoc tempore; sed justus tamen, et vestrae, Patres, eruditioni debitus: verum etiam retinet atque impedit honoris mihi habiti beneficiique tributi gratia: qua plenus jam ac redundans animus, nullius praeterea rei cogitationi neque locum relinquit, neque aditum omnino concedit. Quare date mihi hanc veniam, Auditores, ut mihi liceat omnem ex hac oratione subtiliorem disputationem circumscribere ac tollere: quam et vestra, Patres, eruditio supervacuam facit, et vos, humanissimi Commilitones, hoc tempore non magnopere desideratis, sed ad eas potius differri vultis horas, quibus ad ejusmodi disputationes audiendas conveniri solet.

Concedat jam disserendi subtilitas pietati. Non tam doctus vobis videri cupio, quam gratus: neque ullus esse locus ostendandae doctrinae potest, ubi pietas omnia occupavit. Nam, quid ego aliunde materiam dicendi petam? cum eam ita copiosam mihi suppeditet ipsa, quae me ad dicendum impulit, causa, ut ea vix longissima oratione consumi posse videatur? Quod si quid forte de me dicam, quamquam hoc modice ac parcissime fiet, rogo vos, Auditores, ne id arrogantiae potius vanitati, a qua longis-

Joh. Aug. Ernestii — disciplina.] Recitavit Ernestius noster egregiam hancce orationem die nono mens. April. a. 1742; ut Professionem humaniorum litterarum extraordinariam paulo ante ipsi delatam rite adiret. Publice vero eadem prodiit in ejusdem *Opusculis oratoriis*, Lugd. Batav. 1762. 8. divulgatis, pag. 3 seqq. Ceterum eos omnes haud male sibi consulturos judicamus, qui tum ipsius Ernestii Prolusiones *de intereuntium humaniorum litterarum causis*, atque *de finibus humaniorum studiorum regundis*, Lips. a. 1736. et a. 1733. seorsim publicatas, easdemque posthac in *Opusculis varii argumenti* Lips. 1794. 8. conjunctim editis pag. 36 sqq. et pag. 275 sqq. repetitas, tum vero etiam perelegantem Klotzii *de dignitate, jucunditate et utilitate studiorum humanitatis* Orationem, a. 1761. in Academia Jenensi recitatam, serius autem ab ipso auctore ejusdem *Opusculis varii argumenti*, Altenburgi 1766. 8. exhibitis insertam, cum ipso hujusce orationis tenore diligenter contulerint. V.

sime meus me removet pudor, condonatum, quam officii necessitati concessum putetis. Nam, cum is demum vere gratus dici haberique possit, qui omnem beneficii vim ac magnitudinem et animo et oratione amplectitur: quomodo satis gratus potero videri, si, in quo beneficii, haud scio an maxima, pars est posita, et, quod mihi in eo proprium est ac praecipuum; id, arrogantiae suspicionem fugiendo, tacitus praeterire velim?

Ita per se jucundum et est, et habetur, alios docere, ut, quo quis se doctiorem ceteris putet, eo magis gaudeat, vel honoris causa, alios voce litterisque erudire, et cum iis aliquid de suo communicare. Neque hoc fit vanitate quadam et levitate animi, ut maligni quidam naturae interpretes judicarunt, quod, qui alios doceat, hoc ipso plus iis scire ac sapere videatur, quam ipsius naturae quodam instinctu salutari. Videmus enim hoc in infantibus, in quibus, tanquam in speculis, vera et nulla dum vanitate fucata naturae species et imago cernitur, cum fabulam aliquam, vel quamcunque rem sibi inauditam antea invisitatamve didicerunt, audiverunt, viderunt, quomodo aliquem anquirant, cui narrare possint; quomodo angantur tacere jussi: denique, ubi sapientiam suam apud aliquem effudere, ut sibi veluti respirasse, et onere quodam levati videantur. Atque hoc natura, quae omnes actiones ad vitam bene tuendam maxime necessarias suavitate quadam commendavit, sapienti quodam consilio sic est in homine machinata: ut quoniam plurimae maximaeque humanitatis partes disciplina continentur, eo plures essent, qui hac docendi dulcedine deliniti et capti, eum laborem, quem forte necessario suscepissent, etiam libenter susciperent, eumque sibi imponi adeo gauderent. Sed, ut est ad suavitatem fructuosum, docere, ita ad laudem honorificum habetur: non imperitorum et vulgi opinione, sed rationis judicio integre incorrupteque judicantis. Est enim hoc a natura sic constitutum, ut omnis laus honosque, inter homines, ingenio, sapientiae virtutique pateret. In quam possessionem etsi invadunt, et justos dominos ex ea, per imperitorum factionem, saepe dejiciunt divitiae, genus, honores: tamen et rationis lege aeternam illi auctoritatem obtinent, et justis posteritatis vindiciis in legitimam possessionem restituuntur.

Nonne videtis, eos viros, quorum a nobis ingenium, sapientia, virtusque literarum monumentis prodita, spectatur, ut admiramur, ut amamus, nihil quaerentes, quam divites illi fuerint, quam nobiles, quam honorati? Jacent divites Crassi, nobiles Antonii, purpurati Rufini: in coelo sunt Homeri et Platones, Cicerones et Virgilii, Aristides et Cato. Est enim hoc insitum in animis, penitusque infixum in sensibus nostris, ut omnis laus et honos penes ingenium virtutemque sit, neque ad ejus communionem fortuna admittatur. Quare, quomodo potest non honorificum, nisi videri, tamen esse, si quis hoc est consecutus ingenio, studio, diligentia et exercitatione, ut alios bonis artibus erudire, eorumque ingenia fingere possit, et existimetur posse? Etsi enim praeclare scio, inter militares aulicosque in primis homines multos et olim fuisse, et cum maxime esse, quibus totum hoc docere obscurum et parum honorificum videatur: tamen idem etiam illud et ratione intelligo, et auctoritate summorum hominum, multumque in republ. versatorum impulsus credo, in ea opinione plus levitatem aliquam et errorem popularem, quam gravitatem et rectum judicium valere. Nam, cum nihil vile esse et contemtibile possit, quod cum utilitate publica sit conjunctum, qua vel sola rerum humanarum

praestantiam metimur, quae vel sola actionibus nostris pretium facit: quo tandem jure hic docendi labor poterit contemni, quo nihil ad utilitatem publicam neque majus esse, neque uberius potest? Itaque Cicero, cum, post bellum civile, et literis et voce, philosophiae eloquentiaeque praecepta traderet, etsi ridebatur a nobilibus hominibus, qui hoc docendi studium obscurum neque dignum ejus persona putabant: tamen, ea re nullum se majus reipublicae munus praestare posse, judicabat.

Quare, qui possum non, in egregii beneficii loco, impositum mihi docendi munus habere, quod nobis et suavitate quadam natura commendavit, et utilitas publica honorificum fecit: praesertim in hac Academia, quae ex omnibus, per omnem Germaniam, Scholis et celebritate frequentissima, et literis affluentissima, et fama nobilissima, humanitate denique cultissima censetur? In felicitatis parte ponitur, in hac urbe tolerabili conditione vivere, in primis inter eruditos: quod nulla alia urbs ita omni eruditionis supellectili et instrumentis abundat. Et ego mihi non ducam honori, quod in hujus urbis celeberrima Academia publice docere jussus sum, in qua etiam honorificum putatur, privatim bonas literas docentem audiri, et doctis hominibus probari? Quid? quale illud esse de me judicium dicam, quod humaniorum literarum publicus magister sum constitutus? quod omnium earum artium, quarum maxima vis ad ingenium humanum conformandum putatur, disciplina mihi est commissa? Equidem docto homini, qui dignum se praestare liberali doctrina velit, longissime rationes suas ab eorum vanitate et arrogantia sejungendas semper judicavi, et, ut meae sejunctae essent, laboravi, qui, ad quamcunque doctrinae partem eos, sive naturae quidam impetus convertit, sive consilium judiciumque deduxit, sive casus denique detulit, eam tanquam pulchellam filiolam exosculantur, eam unam extollunt, eam solam sapientiam esse, et credunt, et jactant.

Semper hoc ego et mihimet ipsi et aliis voce literisque suasi, ut illam eruditam popularitatem amplexarentur, quam Cicero in Attico, elegantissimo homine, amabat, qui nullius disciplinae quamvis tenuem praeceptionem contemnebat. Est aliquis, sive suo, sive aliorum judicio, egregius philosophus? Per me doctus homo et laude dignissimus esse poterit. Ipse ego nominis hujus pulchritudine a pueritia captus, ut philosophiam non ignorarem, laboravi: etiamsi illam summam subtilitatem, quam quidem delicati homines barbariem et garrulitatem, male fortasse, vocant, nunquam assequi potui. Sit ergo doctus ille et honestus; modo ne theologos et ceterarum magnarum artium magistros contemnat, et rationis expertes judicet, qui suam disciplinam, ad hanc novam et formulariam philosophandi subtilitatem, conformare nolunt: modo ne literatores et criticos fungos esse stipitesque putet, et omnibus modis ad contemtum adducere studeat! Est aliquis, qui vernaculae linguae disciplinam perceperit, in eaque majorem ceteris facultatem sit consecutus? honestus, per me, et laudatus erit. Quomodo enim ejus rei facultas jure poterit contemni, quam et usus necessariam facit, et ipse patriae amor commendat? modo ne Graecas Latinasque literas nimis prae vernacula lingua contemnat, iisque tractandis ita corrumpi ingenia delerique dicat, ut, quo quis magis earum scientia excelluerit, eo minus, vel de syllogismo, judicare potuisse criminetur! Omnium artium ac disciplinarum quaedam est inter se conjunctio, et altera alterius auxilio indiget.

Omnibus suum est pretium, sua dignitas, suus honos. Ament ergo se invicem artes et colant, mutuoque amore nihil sibi honestius esse putent! Procul habeant odium, invidiam, obtrectationem, easque non minus sibi, quam sororibus, turpes esse arbitrentur! Sed idem ille ego, qui omnium artium ac disciplinarum magnus semper et fautor et admirator fui, tamen illud, et usu sensuque edoctus scio, et pace, opinor, vestra, affirmo, ejus disciplinae, quae humanitatis nomine praedicatur, quamque profitentur hi, qui grammatici criticique appellantur, ejus, inquam, disciplinae esse, non praecipuam aliquam dignitatem, sed praecipuam quandam difficultatem. Nam, cum ea sit omnium veterum scriptorum interpres ac judex: cum ejus sit, sensus obscuros aperire, corrupta emendare, a spuriis genuina discernere, quid recte, acute, magnifice, suaviter dictum, secusve, sit, judicare: id autem, sine scientia et verborum et rerum, fieri non possit: quis non intelligit, verum esse, quod Sextus, philosophus, judicavit: eum, qui hujus disciplinae vim perceptam habere velit, non modo verborum prope infinitam vim et copiam tenere, sed etiam nullius prope liberalis artis rudem esse oportere? Itaque, si quis, in hoc genere doctrinae ad laudem, vel mediocrem, adspirat, is, ut nihil de ingenio dicam, studium certe diligentiamque tantam in ea debet consumere, ut sibi, non solum honestas voluptates, sed etiam propemodum necessitates, debeat negare. Haec tanta difficultas facit, ut, his in primis temporibus, quae tantopere ad mollitiem et remissius vivendi genus incubuere, ita, uti corvos albos, adspiciamus homines, paullo longius in hac humanitatis disciplina provectos. Itaque, si quis putatur is esse, cui literarum humaniorum docendarum munus recte committi possit, ei, si nihil aliud, diligentiae tamen permagnae testimonium tributum videtur.

Quare, cum hoc de me judicium factum sit, ut mihi publica humanitatis disciplina mandaretur: sive, quod is sum, qui hoc munus recte sustinere possit, sive, quod ita tantum existimatum est: magnum sane qualiscunque studii mei capio et perjucundum fructum. Et, cum mihi suave esse, et honorificum videri tale de me judicium deberet, si quemcunque haberet, non plane contemnendum, auctorem: quale mihi tandem, quamque amplum debet videri, cum auctorem habeat Augustum Regem? quam gloriosum, cum sapientissimum et bonarum litterarum amantissimum Principem? quam amabile denique, cum optimum patriae Patrem? Quid? quale illud existimare debeo, quod in hanc de me sententiam suffragationibus summorum virorum est adductus, qui ea sapientia prudentiaque sunt, ut de dignitatibus hominum acutissime possint judicare, eo autem in bonas literas et hanc Universitatem litterariam animo, ut cujusque disciplinae tradendae munus in loco cupiant poni? Est haec quoque de plurimis maximisque Saxonicae Domus laudibus, quod ea, inde ab instauratarum bonarum literarum tempore, tam enixe, his in primis humanioribus literis, favit, ut hoc tanto ejus favore invitatae Musae in his terris sedem suam libentissimis animis fixerint. Quis nescit, quid Georgius Barbatus ille pro his literis fecerit? quid Mauritius? quid ceteri deinceps Principes? Hic ipse Augustus noster, quantum, inde a prima aetate, his literis tribuit? qui etiam tum, cum in Italia peregrinaretur, iis, qui in hoc genere excellebant nominatimque Averanio, elegantissimo homini, non raro hoc honoris habuit, ut ad eos audiendos veniret. Quare, cum in beneficii

ponderandis, momentum haud parvum faciat, si, quod nobis tributum est, ei carum esse constat, qui tribuit: haec sane cogitatio, quod eas literas, in quibus docendis opera mea versabitur, beneficii auctori ipsi caras et jucundas esse scio, tantum, apud me, beneficii gratiam auget, ut vere hoc possim dicere, nullum alium usquam esse Principem, a quo aeque libenter hoc munere velim ornari.

Sed haec omnia, quantamcunque, ad augendam beneficii gratiam, vim habeant, quae habent profecto permagnam, tamen multis communia reperietis. Illud autem mihi proprium est, quod ita creatus sum, ut multis abhinc annis, mei ordinis nemo. Nam, cum hoc et lege esset sancitum, et alio praeterea modo videretur cautum, ne, qui in Schola Senatoria literas doceret, idem simul posset publicas in Academia scholas habere, isque adeo, quem hodie adii, locus omni modo septus mei ordinis hominibus et obvallatus videretur: tamen aditum ad hunc locum mihi aperire, gratia legis facta, placuit, et exemplum prodere in posterum, ne cujusquam diligentia, desperatione hujus loci simul obtinendi, retardaretur: ut mihi videantur ista propterea sic fuisse constituta, ut, si cui aliquid praecipui tribueretur, beneficium eo majorem gratiam haberet, et eo acrius animo, ad laudis studium, calcar admoveret.

Quem ergo mihi esse animum, in hoc tanto beneficio, quantamque mihi curam et sollicitudinem putatis esse injectam, quomodo tantum tam insignis de me judicii beneficiique onus sustinere, atque efficere possim, ut ei satis videar respondere? Ejus autem rei haec una mihi relicta ratio videtur, si, quantum ingenio, studio, diligentiaque potero consequi, effecero, ut eae artes, quibus haec humanitatis disciplina continetur, vobis, humanissimi Commilitones, per me fiant notiores, sique vos in justam earum consuetudinem adduxero. Cujus rei studio cum antea, sua sponte, animus flagrarit, nunc profecto, his novis alimentis subjectis, multo est inflammatus magis. Itaque id diligenter a me publicis privatisque scholis agetur. Hoc tempore satis habeo, si quemadmodum veteres Romani, in publicarum privatarumque rerum initiis, aliquid auspicandi causa, ut loquebantur, agebant, quod ad eas res pertinere videretur, ita nunc ego, boni ominis causa, aliquam muneris mei partem decerpam atque delibem: hoc est, si, quod unum oratione effici videtur posse, aliquam vobis cupiditatem injiciam, hujus humanioris disciplinae percipiendae. Quod dum facere instituo, non vereor profecto, ne mihi eveniat id, quod his solet, qui nuptias falsis laudibus conciliando, malam ab utraque parte ineunt gratiam. Neque vos ii estis, humanissimi Commilitones, quorum connubium istae nostrae artes aspernentur: neque artes nostrae sunt eae, quibuscum, si semel apud eas habitare coeperitis, non, per omnem vitam, suaviter vivere possitis. Atque utinam, quas illecebras illae, quae incantamenta et quasi veneficia habent, ea oratione mea, omnia complecti possem! Efficerem profecto, ut nemo vestrum mihi, nisi earum captus irretitusque amore, hinc discederet. Sed, quoniam ea res non cadit in hanc ingenii mei orationisque tenuitatem, illud unum, atque id ipsum quam paucissimis, agam, ut, quas nonnulli minus rectas de his literis opiniones fortasse susceperunt, funditus, si possim, evellam, ne quis iis se, ab earum consuetudine petenda, deterreri patiatur.

Saepe enim ad aures meas veniunt eorum sermones, qui ita

de his, et in circulis, et in adolescentum conventibus loquuntur, ut eas in solis verbis, in minutis quaestiunculis, in syllabis, ac singulis paene literis interpunctionibusque verborum, in erroribus denique veterum librariorum, versari, ac nihil omnino ad vitam humanam, ad rempublicam, pace belloque, administrandam, ad majores denique disciplinas prodesse dicant, et, quantum in ipsis est, in summum contemtum adducant. Atque ego saepe á doctis hominibus audivi, hujusmodi sermones his causis commoveri: si quis, propter earum literarum ignorantiam, turpiter se dederit: si eos, qui in his litteris aliquid possunt, sibi non adeo multum tribuere suspicetur, aut ab iis vel reprehensus esset, vel ne reprehendatur, timeat, et propterea e re sua putet, se adversus eos superbia munire et contemtu armare.

Sed horum nihil omnium in quemquam confero. Bona fide, et de vera animi sententia judicioque ista disputari, nihilque, nisi, ut lenissime dicam, aliquem errorem undecunque ortum in ea re versari credo. Neque etiam illud negavero, hujusmodi sermonibus, qui non nostris demum temporibus nati sunt, quorundam vel inscitiam vel perversitatem locum fecisse. Scio enim fuisse, eosque ex numero in primis eorum, quorum absurdae voci cum plebejae mulierculae aures fatigandas nollent permittere, inscitiae eorum liberales pueri ingenia delenda tradere cogerentur, qui, verbis nimis persequendis, res ipsas, quarum causa verba discuntur, relinquerent: qui humaniorum literarum scientiam

Bona fide — sua disciplina vocare.] Praeclare omnino huic loco illustrando ea convenire videntur, quae Ernestius noster in prolusione supra laudata *de intereuntium humaniorum literarum caussis*, l. c. pag. 42. seq. ita quidem egregie protulit: *Persaepe, proh dolor! qui humaniores literas tractant, vel auctores Graecos Latinosque interpretantur, neque intelligunt, neque persuadere sibi patiuntur, quod Graevium illum Trajectinum identidem inculcasse suis constat: summam et paene unam ex auctoribus illis petendam utilitatem esse, ut s a p e r e d i s c a m u s; eo cuncta referenda, in eo esse omnia. Et profecto, nisi haec utilitas ab auctorum veterum lectione recte instituta proficisceretur; non esset profecto, quare tot bonae horae in ea collocarentur. Saepe soleo admirari majorum nostrorum sapientiam, qui adolescentulis, primo Latinam Graecamque linguam, quod per se parum est, tradi, deinde vero veteres Graecos Latinosque libros a summis sapientissimisque hominibus scriptos explicari voluerunt: non profecto hoc uno, quod nostris hominibus plerisque videtur, consilio, ut, quae verba latina probae notae, quibus formulis res quaeque enuncianda sit, discerent; quare enim non potius libellos Theologicos, aut de moribus a Christianis probabiliter scriptos proposuissent, quod hi ausi sunt, qui, ignari majorum consilii, Virgilios et Terentios Christianos, furfureos libellos, obtrudere Scholis voluerunt: neque ut de Gallinis possent, de theatris, de servis, de lato clavo, ceterisque hujus generis ambitiosos serere in circulis sermones, aut libros scribere; quae enim praecipuae discentium parti inde speranda utilitas! Quo ergo tandem? hoc, si quid Graevius vidit, vidit autem plurimum, ut, sapientissimorum elegantissimorumque in omni et disciplinae et orationis genere hominum ab ineunte aetate adsueti et innutriti contubernio, sapientiae prudentiaeque praecepta ab iis imbiberemus, atque perspicuitatem, gravitatem, suavitatem, acumen, elegantiam, urbanitatem, leporemque in dicendo scribendoque atque in omni denique sermone et cum hominibus consuetudine, primo agnoscere et intelligere, deinde vero sensim etiam paullatimque imitari disceremus. Hoc consilio, quidquid post instauratas literas venustiorum et elegantiorum hominum fuit, veteres legisse, hanc utilitatem ab iis petiisse, atque etiam inde retulisse puto; cum hi contra, qui nihil, praeter verborum flosculos, pueriliter captant, et antiquis ritibus unice inhiant, ingenium non modo ad sapientiam elegantiamque non acuant, sed etiam hebetent et retundant.* V.

hanc existimarent esse, si quae verba, quae formulae loquendi bonae notae essent, quae minus tenerent, atque ab his se in dicendo scribendoque abstinerent: si de veteribus fabulis et ritibus Graecis Romanisque possent disserere. Fateor etiam, quosdam extitisse, qui ad minutias, quarum, ut in omnibus disciplinis, ita etiam in hac nostra, satis magna copia est, ita studium suum conferrent, quasi in iis omnis humanitas inesset, iisque captandis investigandisque res maximas praetermitterent: quos ego si reprehendendos esse ridendosque negem, stultus sim. Sed, quae ista iniquitas est, eorum hominum imprudentia et jejunitate ipsam humanitatis disciplinam metiri, et, qui illis debebatur contemtus, ad hunc omnes humaniorum literarum magistros, cum sua disciplina, vocare?

Quodsi philosophi ii, qui totam vitam in metaphysicis subtilitatibus, in barbaris verbis fingendis crepandisque, et in minutis inutilibusque quaestiunculis consumsere, nunquam hoc potuerunt perficere, ut propterea ipsa philosophia, non magistra vitae, et esset, et haberetur: quid est, quare hanc tantam humanitatis disciplina indignitatem experiatur, ut ineptorum hominum culpam sustinere ipsa cogatur? Neque enim iis, quos illorum hominum inscitia inique constituit, finibus humaniores literae continentur. Major, credite mihi, hic fundus est. Latius regnat humanitatis disciplina, multoque est, quam illi opinantur, et rerum magnitudine amplior, et utilitate uberior. Nam ea veros illos et puros omnis sapientiae, eloquentiae, poëseos, historiarumque fontes, interpretando aperit, a corruptelarum sordibus judicando purgat, ac denique omnium rerum pulchrarum gustum quendam et intelligentiam affert. Haec docet, quid ii, quos omnis aetas sapientissimos judicavit, de rebus divinis et humanis praeceperint: haec res, pace belloque, a summis hominibus gestas, tradit, et suis quasque locis

---

Latius regnat — humanitatis nomine puto.] Haud ingrato apud lectores officio me functurum esse arbitror, si ex praestantissima Klotzii de dignitate studiorum humanitatis oratione supra jam laudata, aliqua tantum huc transtulerim verba, quae sententiae Ernestianae supra apparenti prae primis convenire videntur, et l. l., pag. 46 seq. ita quidem occurrunt: „Quem ad modum, quando in sole ambulamus frequenter, etiamsi ob aliam causam ambulemus, non fieri potest, quin coloremur: sic etiam ingenium nostrum et mores a studiis, quibus operam damus, ab hominibus, quibuscum versamur, a libris, quos legimus, colorem aliquem trahunt. Quare ingenium optimorum scriptorum frequenti usu formatum et bene subactum, non potest non urbanitate aliqua, comitate, hilaritate, facilitate, elegantia et festivitate quasi colorari, quarum virtutum nostra inprimis aetate eo praestantior est laus, quo magis politiores homines omnem asperitatem morum rusticitatemque detestantur. Quis igitur honestissimum esse nostrarum litterarum studium negot? quis non illud potius summa cum dignitate conjunctum esse fateatur? Atque hoc clarius etiam, si, quid in veterum libris tradatur, cogitaveritis, apparebit. Gravissime alii de deo, de virtutibus, de constantia ac fortitudine, de amore patriae, de immortalitate animi, de contemtu mortis ac divitiarum, de honestate omniumque officiorum ratione disputant: alii prudentissime de belli et pacis artibus, de jure civili, de legum et judiciorum auctoritate, de administratione reipublicae exponunt; majori alii suavitate, elaboratiori compositione, dulciori concinnitate sive deorum heroumque laudes et egregia facta celebrant, sive mentem bonis praeceptis instruunt atque ad honestam vivendi rationem adducunt: alii denique omnem temporum memoriam pervagati, causis eventuum sagaciter indagatis, virtutibus et vitiis principum libere et vere commemoratis, sapientissimis sententiis adspersis, res memorabiles tam apte, tam eleganter memoriae prodiderunt, nihil ut prudentius aut venustius legi possit. Haec vero levia aliquis, tenuia, aut nullius pretii esse putet!“ V.

temporibusque adsignat: haec eloquentiam, rerum humanarum pulcherrimam, amplectitur, et rebus obscuris lucem dare, incredibilibusque fidem facere, animis denique hominum dominari dicendo, docet: haec poëtarum suavissimis cantibus, et cum sensu audiendis aures animosque, et recte scienterque imitandis ingenia adsuefacit. Haec qui parva, haec qui inutilia, haec qui contemnenda ducit, eum ego sane, non modo iniquissimum judico, sed prope indignum humanitatis nomine puto!

Quod si nulla alia humaniorum literarum vis esset, quam, ut recte, eleganter et suaviter de singulis rebus dicendi facultatem largirentur: tamen eas vobis, humanissimi Commilitones, hoc nomine amplectendas ac diligendas putarem. Nam, quemadmodum verba, quamvis bona, sine bonis sententiis, non sunt probanda; quod, Cicerone auctore, nihil est tam furiosum, quam verborum inanis strepitus, nulla probabili sententia subjecta: ita rerum, quamvis bonarum, scientia, sine elegantia verborum, utilitatem aliquam fortasse potest habere, dignitatem quidem, in homine liberali, et laudem, in erudito homine, nullo modo.

Habet hoc natura universa, habent omnes egregiae artes, habent illiberalia opificia, habet totus humanae vitae cultus, *ut* cum rerum necessitate et utilitate, si non insignis quaedam pulchritudo, honesta tamen species et dignitas conjungatur. Obite animis omnem terram: circumspicite omnes ejus partes: omnia animalium, plantarum, fructuum, metallorum, lapidum, conchyliorum denique genera lustrate: nullum ita destitutum a natura et abjectum videbitis, ut non convenientem aliquam speciem ab ea ornatumque acceperit! Nulla est in corpore humano pars, quae non insignem aliquam, vel necessitatem, vel utilitatem, habeat: sed non magis ullam reperietis, quae non aliqua sive dignitate, sive venustate luceat. Necessitas dedit, unde aleremur, vestiremur, et muniremur: quo famem, sitim, frigus, omnemque vim aëris pellere possemus. Ecce, comitem ei se praebuit, et adjunxit venustas, et eas res omnes, vel figurarum colorumque suavitate, vel odoris saporisque dulcedine, vel tactus laevitate, sensibus nostris commendavit. Illud ipsum gramen, illae ipsae herbae, quas pedibus calcamus, quibus bestiae nutriuntur, tam pulchrum jucundumque adspectum habent, ut ridere nobis videantur. Hanc tantam naturae, in rebus etiam vilissimis exornandis, incredibilem diligentiam nos, qui summam sapientiam esse didicimus, naturam ducem sequi, in nobilissimis disciplinis non imitandam putabimus? Non videtis, artifices, atque ii, qui illiberalibus opificiis exercendis vitam sustinent, quanto studio pulchritudinem sequantur? Aedes necessitas invenit: statim necessitatem venustas est consecuta. Horologia describendi temporis utilitas reperit: statim ornatus utilitati est adjunctus. Vestes, calcei, et omnes cultus partes, propter necessitatem primum comparatae sunt: mox in iis tantum elegantiae pulchritudinique tributum est, ut ornatus causa repertae viderentur. Et nos, in liberalissimis artibus, quae, ingenii excolendi ornandique causa, repertae sunt, munditiem ornatumque negligemus? In cibis iis, quibus hoc mortale corpusculum alitur, parandis apponendisque, munditiei et elegantiae ratio habebitur? et illum ingeniorum animorumque pastum, hunc quasi humanitatis cibum, immundum sordidumque, et esse patiemur, et sumere sustinebimus! Dicet fortasse aliquis: ego vero nudam veritatem malo: per se satis pulchra est; neque isto adscititio ornatu indiget. Hoc quoque concedam. Si bene vestita tibi displicet, nudam habeto. Modo

veritas ita sit nuda, uti in Caesaris Commentariis, in Ciceronis de officiis libris, spectatur, et non ei etiam sanguis et succus omnis detrahatur, et caro resecetur, et tota barbariei sordibus oppleatur.

Sed, si nihil vos, isto suo bono, humaniores literae movent, si nihil apud vos orationis pulchritudo, nihil suavitas, nihil munditiae valent: at utilitatis magnitudine, et ad eas magnifaciendas commoveri, et ad amandas allici debetis. Nam, si recte, quales sint hae literae, considerabitis, eas, et per se fructuosissimas, et ad ceteras artes ornandas, uberrimas reperietis. Ut enim a sapientia initium faciam, quae rerum divinarum humanarumque scientia recte appellatur, quam, et ad cognoscendum utile, et ad superbiam, quae, nescio quomodo philosophis maxime insidiari creditur, opprimendam efficax putatis, Graecis Latinisque philosophis legendis, discere, non modo, quantum illi in his rebus viderint, et quam prope nihil novae philosophiae reliquum foret, si illi suas res repetitum venirent, quas recentiores philosophi, verbis, tamquam signis rerum surreptarum, in deterius mutatis, pro suis venditant, sed etiam, in quot quantosque errores, summis ingeniis, et incredibili studio, homines inciderint, et ex eo, quanti sit ingenii humani imbecillitas, quantae tenebrae sint, videre? Mihi sane peranguste videntur philosophari, qui, veluti illa Ennii terrigena, herbigrada, domiporta, sanguine cassa cochlea, ita in illa suae disciplinae angusta domuncula abditi latent, ita nusquam pedem inde efferunt, ut eam tandem unam in terris domum putent.

Quid dicam de historia antiqua, qua nulla est, neque exemplis magnis illustrior, neque causis rerum explicandis solertior, atque, eam ipsam ob causam, nec ad prudentiam, vel pace utilem vel bello, comparandam, fructuosior? Ea enim non ab his est scripta, qui longissime a republica, domi forisque administranda, remoti, in Scholarum tenebris consenuerant; sed qui earum, quas prodiderunt, rerum, aut partes magnae ipsi fuerant, aut multo rerum civilium et bellicarum usu, magnam, in utroque genere, prudentiam sibi comparaverant, eamque ob causam, et res ipsas, et rerum causas, consiliorum vitia, hominum peccata, et incommodorum remedia, aliaque ejus generis, verissime tradere potuerunt. An vero eam historiam rerum pace belloque gestarum, quam nobis summi Imperatores et belli duces, viri in aulis Regum, et in maximis civitatibus regendis versati, Thucydides, Xenophon, Polybius, Caesar, Livius, Sallustius, Tacitus, prodiderunt, non praeferemus huic, quae nobis ex obscuris monachis, e jejunis annalibus, aut mercenariorum, saltem privatorum hominum, commentariolis traditur? Xenophontem non ponebat de manibus Scipio Africanus is, qui Polybium secum habere, et de maximis in bello rebus consulere solebat: hujus ipsius Polybii historia legenda, noctes in castris transigebat Brutus: Thucydidem, qui primus historiae ad usum civilem scribendae exemplum proposuit, lectitabat Pompejus: atque, ut e nostris aliquem nominem, Julium Caesarem in deliciis habebat Eugenius: Tacitum denique omnes, qui aliquid judicare possunt, prudentiae civilis optimum magistrum dicunt.

Quin ergo, quorum virtutes, sapientiam, et res gestas admirandas putatis, eorum studia imitamini, o! vos generosi adolescentes, patriae communis olim vel gubernatores, vel defensores futuri? Convertite, quaeso, studium vestrum ad hanc humanitatis disciplinam, quae scriptoribus antiquis intelligendis

maxime continetur. Inde artes, vel paci decoras, vel bello, discetis: inde prudentiam civilem militaremque haurietis, et sic demum, historiam esse usus et experientiae vicariam, intelligetis. Hos viros, si eorum vos consuetudini dederitis, in aulis principum, hos in castris, vel comites jucundos, vel consiliarios fidos habebitis. Neque enim tum quaeretis, opinor, bellum utrum sit de mundo, an in mundo optimo? an sint duo sclopeta perfecte similia? et si sint, quae ratio sit sufficiens, quare alterum huic militi datum sit, non illi? granulo pulveris tormentarii quot millia monadum inesse possint? aut alia ejus generis. Procul ista tunc vobis erunt, et, nisi sapientiae, utilitatis tamen inanissima reperientur.

Jam, quid ego vobis demonstrem, divinae sapientiae consecrata pectora, quantum ab his humanioribus literis vel adjumenti, vel ornamenti sperare possitis? Non enim ignoratis, opinor, cum antiquos, tum recentiores theologos celeberrimos quosque Clementem Alexandrinum, Origenem, Eusebium, Theodoretum, Gregorium Nazianzenum, Augustinum, Hieronymum, Chrysostomum, eosdem in hoc genere literarum magnos homines extitisse, et, sine earum scientia, ad illam tantam gloriam perventuros non fuisse. An vero non audistis, quantam Christianis injuriam fieri, quantam pestem parari, crediderint sanctissimi Patres, cum Julianus Imperator cavisset lege, ne Christianae juventuti liceret, scriptorum eorum, ex quibus hae literae discuntur, Interpretes audire, aut illos omnino legere? Quid tandem erat, quam tam aegre hoc edictum ferrent, si Graecarum Latinarumque literarum studium, non modo nihil religioni prodest, sed etiam, ut quidam infesti bonis literis homines criminantur, pietatem extinguit? Non laetari potius et gratias agere Juliano debebant, qui sibi, rei non modo inutilis, sed etiam noxiae copiam ademisset? Sed melius illi, quid his literis ad religionem inesset boni, intelligebant, cum iis abundarent ipsi, easque utilitatis, usu sibi cognitae, magnitudine metirentur.

Witembergae cum aliquis extitisset, qui has literas in contemtum adducere velle, et, prae philosophia hac nova, nimis contemnere videretur: memini, praeceptorem meum Wernsdorfium, acutum et perelegantem Theologum, cum in scholis, tum in templo, eam sententiam graviter reprehendere, et erudite demonstrare, quantum his literis religio deberet: cum hoc satis diceret constare, dominationis superstitionisque Romanae infringendae dejiciendaeque primos auctores Grammaticos et Criticos fuisse, et, ii si non, barbaria philosophica ad contemtum adducenda, et literis Graecis Latinisque reducendis, Lutheri conatibus prolusissent, eum ad effectum suscepti operis venturum vix fuisse: Itaque verendum esse, ne, si omnia philosophiae, in primis barbarae, et ab elegantiorum literarum studio sejunctae, tribuere inciperemus, literis Graecis et Latinis, nihil, paullatim sub illud jugum et ad illas tenebras revocaremur, cum ab iisdem initiis illam superiorum seculorum perniciem et religionis pestem esse profectam sciremus.

Cui loco, quantum in vobis est, o! carissima pectora, cavete! Credite, eos, qui jam maxime vobis, atque universae Ecclesiae nostrae timendi sunt adversarii, illam formulariam philosophandi subtilitatem minime timere: amplexantur potius, laudant, ejus auctoribus favent, eorum libros legunt, et legi cupiunt. Lutheros timent, Melanchthones, Chemnitios, Casaubonos, Dal-

lineos, Cyprianos, verbo, omnes hos, qui copias suas adversus eos e Graecis Latinisque literis, ex historiarum antiquis monumentis comparant. Huc, huc ergo, ad hos fontes cursum flectite: ex his salubres liquores ducite, ex his ingenia et pectora irrigate. Ad quos, cum alios summos duces, tum me quoque fidelem sive ducem, sive comitem habebitis.

Jam quid vobis, attinet, utilitatem humaniorum literarum demonstrare, legum jurisque studiosi Commilitones: cum sciatis, omnis vestri Juris intelligentiam a Latinis literis, ab historia, et antiquitate Romana duci, et, sine earum scientia neminem Juris Civilis libros legere posse: cum sciatis, Juri vestro barbariei sordes ab his esse detersas, qui harum literarum magna scientia pectus inundatum habebant, et eorum, qui prudentiam juris, cum literarum elegantia conjungant, maxima inter Jure Consultos esse nomina? Cavete, ne triste illud, et miserum Jurisscientiae tempus redeat, quo, ut Ammianus prodidit, si quis antiquus Jure Consultus nominabatur, si quod antiquum Juris verbum audiebatur, piscis aut edulil peregrinum vocabulum commemorari, boni Jure Consulti putabant!

Neque vos, artis salutaris studiosi Commilitones, his vocis meae auctoritatem desiderare potestis, quando exemplis eorum, qui vos hic docent, omni demonstratione verborum potentioribus, intelligitis, quantum praesidii ornamentique, ad artem vestram, in Latinis, in primisque Graecis literis positum putare debeatis. Omnino nullus est eruditorum ordo, in quo tam multi, inde ab instauratis bonis literis, excellentes in hoc literarum genere homines extiterint, quam in vestro scimus fuisse. Quod profecto non debetis temere casuve factum existimare, sed, quod illi, aut ita ab idoneis auctoribus acceperant, aut re ipsa cognoverant, ad excellentem artis suae scientiam, sine magno harum literarum apparatu, perveniri non posse. Et cum illis pulchrum et gloriosum fuerit, hoc decus ordini vestro parasse: quam vobis turpe putatis fore, si hoc dicatur, hoc ad posteros propagetur, hujus gloriae tam veterem possessionem ab Ordine vestro per vos conservari non potuisse?

Quare, quoniam tantum, carissima pectora, ab his humanitatis studiis, et utilitatis exspectare potestis, et ornamenti sperare: dedite vos, quaeso, huic doctrinae: amabiliorem in dies cognoscetis, ejusque studium vobis et utile, et jucundum, et gloriosum reperietis. Ecce, ipsa haec Academia, haec communis mater nostra, per me vos hortatur, ne, his literis negligendis, committatis, ut, vestra culpa, magnam antiquae gloriae partem amittat. Ego, inquit, prima, in his terris, transeuntes in Germaniam ex Italia literas humaniores excepi, alui, omnibusque modis, ad hoc usque tempus, fovi. Hic Buschii, hic Helti, hic Croci, hic Borneri, hic Mosellani, hic Cammerarii, hic Bersmanni, hic Godof. Olearii, hic Boerneri doctissimae suavissimaeque voces personuerunt. Haec lumina mea fuere, haec ornamenta. Horum ego partim imagines hic consecravi: omnium nomina aeternitate donavi. In hos, o! filii, intuemini: horum vestigiis insistite, ad horum exempla vos conformate. Defendite, quaeso, hanc a me ignominiam, ut in hac mea sede, aut impune, et cum favore, audiantur bonas literas contemnentium et irridentium voces, aut inopia eorum sit, qui eas vel docere possint, vel discere velint! His sanctissimis amantissimisque Matris vocibus non studio vestro respondebitis, Commilitones? nec preci-

bus ejus movebimini? Movemini vero, video, movemini, et vos commotos esse, rebus ostenditis! —

ADDITAMENTUM TERTIUM.

Chr. Ad. Klotzii

prolusio

De populari dicendi genere.

Ad pag. 11.

Multos saepe queri audivi et dolere, vim illam dicendi, quam in antiquis oratoribus admirata sit omnis aetas, et eloquentiam, omnino e medio sublatam esse, neque illius ulla hodie exstare vestigia. Quem enim, eos dicere memini, cum Demosthene comparare audebis? quem cum Cicerone? quis se illorum similem profitebitur, qui, quemcunque in animis hominum motum res et causa postularet, eum dicendo vel excitare poterant, vel etiam sedare? cui tribues illud vehemens, incitatum, incensum dicendi genus, quod rapidissime fertur, nec ullo modo sustineri potest? quis nunc se omnia odio, invidia, misericordia miscere, imperare animis auditorum, eosque, quo velit, ducere posse sperat? quas nunc conciones aut exclamare, aut inflammatas exardescere, aut lacrimantes dimitti videmus? in quo exhorrescunt, ut olim? quem audiunt stupefacti? Quos quidem homines licet non negem verum dicere, idem tamen minime necessarias has querelas esse existimo. Certe non meminisse videntur, illam omnium reginam atque flexanimam eloquentiam hodie non locum invenire, ubi vires suas exserat: non fieri posse, ut, si vel ea, quae olim in Periclis, Suada in cujusdam labiis nunc sedeat, ille tonet, fulguret, omniaque permisceat: praeteriisse illa tempora, quibus Philippus Demosthenis vocem magis timeret, quam totum Atheniensium exercitum; quibus Cicero ejiceret urbe comprimeretque

---

Chr. Ad. Klotzii — dicendi genere.] Prima quidem vice haec prolusio, a Klotzio nostro Professionis in Academia Gottingensi ipsi demandatae rite adeundae causa scripta, a. 1762. publice prodiit; serius vero ejusdem *Opusculis varii argumenti*, Altenburgi 1766. 8. editis, inserta est: quo loco pag. 226 — 242. repetita legitur. Ceterum iis, qui de eodem argumento aliorum quoque virorum doctorum sententias percipere cupiant, prae omnibus reliquis tres illas Joh. Aug. Ernestii prolusiones expendendas indigitamus, quarum prima, *popularitatem eruditam* commendans, a. 1739. emissa, in ejusdem *Opusculis varii argumenti*, Lips. 1794. 8. divulgatis, pag. 51—58. typis iterum exscripta est; secunda vero, de *philosophia populari* exponens, a. 1754. scripta, in ejusdem *Opusculis oratoriis* (Lugd. Batav. 1762. 8.) pag. 149 seqq. inserta legitur; tertia denique, a. 1755. primum proposita, qua *philosophia vitae* pertractatur, ibidem pag. 157 seqq. servata apparet. Neque male secum acturos eos putamus, qui cum insignem illam ejusdem Ernestii orationem, cui titulus: *pectus est, quod disertos facit*, a. 1756. Professionis rhetoricae adeundae causa recitatam, posthac vero Opusculorum collectioni modo laudatae pag. 20 seqq. vindicatam, tum vero Friderici Justi Riedelii, elegantissimi quondam Jenensium Professoris, eximiam *de philosophia populari* dissertationem, Jenae 1766. 4. defensam, accurate omnino perquisiverint. V.

Catilinae furorem atque Caesari invito reluctantique Ligarium eriperet; quibusque totus populus, velut mente captus, admirationem suam plausu et acclamatione confiteretur. Ita enim profecto est. Exspiravit una cum libertate Graecorum et Romanorum vis illa divina oratoris, ex amplissimo campo in summas angustias compulsi, neque tam facultas (nunquam enim in tribuendis ingenii virtutibus novercam, sed semper aequam et benignam matrem se praebere naturam puto) quam occasio, eadem arma, quibus veteres omnia vicerunt, tractandi, deest. Non orator homines eloquentia sua in civitate retinet, aut ejicit, non innocentiam judiciorum poenâ liberat, scelestorumque fraudem supplicio constringit, non excitat, inflammat, aut mitigat populum. Quid? quod, si verum dicere velimus, nomen fere totum oratoris sublatum, solum rhetoris relictum est.

Sed incidunt tempora, quae eloquentiam non dominantem in affectibus, sed placidam, non irrumpentem in pectora, sed leniter influentem in animos, non oratorem vehementem illum, atrocem, ardentem, sive Graeciae, sive Romae, sed jucundum, comem, gratum, benevolum, postulent. Nam et laudandus est aliquis, et gratiae agendae sunt, et gratulamur aliis bona quaedam, et munus aut auspicaturi aut alteri tradituri verba facimus. In his et paucis aliis rebus se exerceant oportet nostra aetate eruditorum hominum ingenia: in his se ostentent nostri oratores; nam dabimus, quoniam cupere videntur, illis hoc nomen. Et quis non putet, eos in his feliciter versari, et ita dicere, ut elegantes, doctas, nec expertes humanitatis et urbanitatis aures delectent? Primum enim non opus est illa vehementia atque contentione: deinde omnia videatur esse in medio posita, omnia se ipsa offerre oratori. Quae cum ita sint, eo magis mirari lubet, quomodo accidat, ut in ejusmodi orationibus aut inepte ingeniosi sint homines, aut elingues et molesti, aut de rebus dicant, quae ad rem propositam minime pertineant. Atque etiam, quod fere incredibile est, viri non indocti, quique de aliis rebus probabiliter dicunt, tamen, si panegyricum sermonem scribere volunt, adeo obmutescunt, ut in alio terrarum orbe pedem posuisse videantur. Adeo nihil proferunt dignum hominis docti elegantia, nihil, quod Graecorum Latinorumque scriptorum venustissima monimenta ab iis lecta esse indicet, nihil, quod eos ab hominibus indoctis, sed usu quodam atque aut educatione domestica aut elegantiori vivendi genere politis distinguat, quosque plerumque de his rebus aptius et luculentius dicere audimus illis, quorum se pectore tota vetustas condidisse creditur!

Atque mihi quidem cogitanti de causis hujus rei, repetendae mihi illae potissimum videntur cum a lectione veterum oratorum non recte instituta, tum ab ineptiis quibusdam, quae novorum rhetorum plerorumque libellos obsident. Nam, ut de illa pauca dicam, quid faciunt plerique, cum vel interpretantur antiquorum auctorum libros, vel legunt ipsi? Dicendi formulas explicant, excerpunt, ediscunt: quae ad antiquos ritus pertinent, colligunt: de figuris quaedam, tropis, periodis, quae e vulgaribus libellis memoriae mandarunt, monent. Quotus vero quisque de venustate, quae in apte tractanda re apparet, deque elegantia per omnem orationem aequabiliter fusa, sollicitus est? quam eleganter scriptor rem proposuerit, diviserit, ornaverit, cogitat? quibus artibus assensum auditorum elicuerit, videt, et, quomodo easdem vir-

tutes felici imitatione assequantur, intelliget? Quam pauci aut norunt ipsi delectum et nitorem verborum, magnificentiam translationum, integritatem et veritatem sententiarum, urbanitatem jocorum, lepores, acumina, et illam, qua nihil suavius, naturalem pulchritudinem, aut suos docent: quid differat virilis et fortis ornatus ab effeminata levitate: quae sit in narrando lux, brevitas magnaque saepe arte conciliata fides: quae sit incomtae orationis, ab omnibus fucati coloris medicamentis abhorrentis solamque elegantiam et munditiem adamantis jucunditas, quomodo illa nunc, ut amnis pellucidus virentibusque utrinque silvis inumbratus, per pictos campos lente fluat, nunc, ut torrens, multo cum sonitu monte praecipitet, omniaque secum abripiat: quam apte sit ex sublimi, mediocri, tenui dicendi genere, ut rei natura postulare videtur, mixta et temperata oratio: quanta denique, quam voluptatem pauci sentiunt, rationem pauciores intelligunt, arte collocata sint verba rebusque accommodata compositio [1]. Hunc vero prope summum, certe jucundissimum fructum e veterum lectione qui aut nequeant, aut nolint capere, neque ideo videant, quid deceat, et quid hanc causam, hoc tempus, hanc personam, apud hos homines, deceat, quid mirum, si in orationibus et epistolis tam parum venusti sint? Quodsi demum accesserit nullus usus, nulla cum hominibus elegantioribus consuetudo, quis eos sine fastidio aut audiet aut leget? Sed erunt de his alio tempore plura dicenda, et sunt jam dicta multa a viris eruditis. Videamus igitur, quibus praeceptis quave doctrina adeo corrumpi existimemus ingenia juvenum, ut, sive, quoniam, quo

---

1) *Quam pauci — venusti sint.*] Aut egregie equidem fallor, aut idem plane de hac re gravissima judicium Ernestius quoque protulit, in oratione supra laudata, qua eloquentiam ex intimo pectore petitam commendavit, loco citato, pag. 31, ita omnino edisserens: *Neutiquam ignoro, non paucos, qui multos annos in oratoribus antiquis cognoscendis consumserint, tamen et in intelligendo, et in dicendo ac scribendo reperiri tales, ut eas nunquam attigisse videantur: quod satis scio non tam fieri ingeniorum tarditate ac stupore, quam perversitate quadam eorum librorum tractandorum. Etenim si quis nihil in illis libris vel videt ipse, vel aliis demonstrat, quam verba et formulas dicendi, e rebus autem solos ritus antiquos et historias, in iisque illustrandis maxime occupatur, is sane eruditionis, nec injucundae, nec inutilis comparandae facultatem dederit: ad eloquentiam illam veram nihil admodum profuerit studiosis. Quid igitur aliud aget? Nempe interpretationem scriptorum Graecorum et Latinorum, in primis eorum, qui sint cum eloquentia conjunctiores, referet etiam ad illa, quibus intelligendis ac percipiendis ingenia ad altitudinem sentiendi et cogitandi attolli, et animi ad magnitudinem augeri, fortitudinemque firmari et roborari, denique amore rerum divinarum virtutisque incendi posse videantur. In quo primum erit hoc, ut propius admoveat animis discentium ea, in quibus insunt alti et magnifici sensus, de rebus divinis et virtute, aut motus praeclari, hoc est, a virtutis amore et vitii odio nati, efficiatque, ut sentiant vim sententiarum, earumque altitudine quodammodo et ipsi attollantur, utque motu scribentis pariter moveantur, ament, oderint, indignentur, laetentur, doleant una. Deinde vero praecipue efficax erit ad excitandam hanc animi vim, et inspirandum vel virtutis amorem et admirationem, vel vitii odium, et improbe factis indignationem generosam, si in omnibus dictis et factis, quae habent perspicuam virtutis alicujus aut vitii significationem, eorum judicium permittat juvenibus; qualia quaeque videantur, quomodo placeant, requirat, recteque judicantes, praesertim cum aliqua significatione animi vel praestantia virtutis vel foeditate improbitatis commoti, probes atque laudes. Verbo: in omni interpretatione oratorum, historicorum, et vero etiam poëtarum referenda omnia erunt ad* b o n a m m e n t e m: *ea excitanda, alenda, corroboranda, quantum potest.*

semel imbuti sunt teneri animi, gustum plerumque retinent, sive quod, quae pueri didicerunt, senes nefas putant dediscere, ut igitur per totam reliquam vitam infantes maneant et odiosi in dicendo. Animadvertisse mihi videor, pluribus recentiorum rhetorum libris inspectis, (nam legere eos nunquam volui) reliquisse illos, quam veteres iniverint, viam, atque, praeter alia minus recta, etiam praecepta de *inventione thematis* posuisse. Quibus consideratis, venit mihi in mentem, quod cuivis Graecorum et Latinorum oratorum contubernio innutrito in mentem venire debet, illud, quod Cicero de Chrysippi rhetorica dicit: si quis obmutescere concupierit, nihil illum aliud legere debere. Quid enim dicamus? Imperium aliquis principi, aut victoriam, aut felicem e bello reditum si gratulari debet, nonne uberrimam jam habet ad dicendum materiem? nonne jam adest res, de qua verba facienda sunt? Quid igitur opus est invenire, quod jam habes? quid quaeramus, quod ante oculos est? Quanto prudentius hi rhetores facerent, si docerent juventutem intelligere, atque cognoscere in quacunque re, de qua dicere velimus, quid habeat illa ad persuadendum, ad delectandum, ad docendum idoneum, atque in hoc veterum exemplum sequerentur! Luculentus de inventione locus est Ciceronis in libro de partitione orator. c. 2: C. F. *Quoniam igitur invenire oratoris primum est, quid quaeret?* C. P.: *Ut inveniat, quemadmodum fidem faciat iis, quibus volet persuadere, et quemadmodum motum eorum animis afferat.* C. F.: *Quibus rebus fides fit?* C. P.: *Argumentis, quae ducuntur ex locis, aut in re ipsa insitis aut assumtis.* Si quae idem in libris de inventione, (L. I. c. 7.) tum Dionysius Halicarnasseus in libro, quem τέχνη inscripsit, Cornificius in Rhetor. L. I. c. 2. Quinctilianus in Institut. Orat. III. c. 4 et 5., quae antiqui rhetores nuper a Claudio Capperonnerio ita editi, ut a Capperonnerio alique omnes exspectaverunt, de hac re praeceperint, legerimus: eos videbimus longe aliter de inventione judicasse, quam nostri homines solent.

Hinc vero duplex malum ortum est. Primum haec fuit origo nitentis, ut Quintilianus dicit, casuris, si leviter excutiantur, flosculis dicendi generis, quod, puerili fuco illitum, si vel imperitis placeat, tamen, si judicium acrius adhibeas, mentitum colorem statim exuit, et quadam vix enarrabili foeditate pallescit. Solebant homines patrum fere nostrorum memoria, quoties orationem aliquam scribere vellent, fastos inspicere, quo quisque dies nomine signatus esset, diligenter observare, atque inde dicendi argumentum repetere. Alii acutiores his et ingeniosiores, si dis placet, nomina eorum, de quibus aut ad quos dicendum erat, misere torquebant, adeoque politulo limatuloque suo ingenio indulgebant, ut, si Quinctilianus aut veterum rhetorum aliquis in vitam redire, eosque dicentes audire potuisset, idem iis accidisset, quod Erasmo epistolas obscurorum, quos ajunt, virorum legenti. Nolo de aliis inventiunculis quidquam dicere, quae stomachum nescio an risum magis moveant. Quod cum intelligerent quidam, aliam iniverunt viam, atque ex litterarum studiis orationis materiem arcessendam esse censuerunt. Atque haec opinio tam late disseminata est, totque hominum animos occupavit, ut vulgo, si, aut muneris adeundi, aut gratiarum agendarum caussa, oratio habenda sit, rem ipsam dimittant, certe paucis tantummodo attingant, atque de omnino alia dicant. Sperat aliquis, se orationem auditurum esse, qua orator principi

felicem diei natalis reditum gratuletur, laetitiamque civium ostendat? audiet eruditam disputationem ex historia antiquitatisque memoria repetitam. De pace alius se dicturum esse pollicetur? Enumeratis igitur, quas cives perpessi fuerint, calamitatibus, caussas laetitiae ostendet? cui tantum beneficium debeatur, demonstrabit? in illius laudes excurret, vota et preces pro salute reipublicae faciet? immo vero multa erudite de ara pacis, de dea Victoria, narrabit. Mortui laudes se celebraturum esse alius indicat? Ea spe acceditis, ut virtutes illius cognoscatis, ut, quae imitatione digna egerit, audiatis? Fallimini, subtilem aliquam, e media philosophia ductam, et, ut fit, obscuram parumque jucundam auditu disputationem accipietis. Atque in hoc genere non molestos tantum clamatores, sed viros etiam eruditos parum, quid deceret, cogitasse, multis, si luberet, exemplis possem ostendere. Evolvat aliquis orationes virorum doctorum a Jo. Erhardo Kappio editas, et de quibus illi munera auspicaturi dixerint, attendat. Alium videbit de Mohammedanismo e veterum Hebraeorum scriptis magna ex parte composito dixisse, alium linguarum orientis utilitatem, multis e lingua Graeca, Hebraica, Aethiopica, Arabica, Syriaca, exemplis prolatis, exposuisse intelliget. „At sunt hae orationes multo ingenio elaboratae, multa industria conscriptae.“ Fateor. Plurimas in illis litteras, nec eas vulgares, sed interiores quasdam et reconditas fuisse eaedem testantur. Non ego. Jucunda est illarum lectio harum litterarum studiosis; immo utilis etiam.

> *Sed nunc non erat his locus: et fortasse cupressum*
> *Scis simulare: quid hoc si fractis enatat exspes*
> *Navibus etc.*

Quare ego quidem, cum priscorum rhetorum auctoritate adductus, tum exemplis eruditissimorum hominum confirmatus, quemadmodum lucrum est maximum, ut ille ait, pecuniam in loco negligere, ita etiam utilissimum esse interdum judico, speciem doctrinae negligere. Atque, qui hanc sibi ipse possit vim afferre, ut abjiciat vanam illam doctrinae gloriam, qui ita dicat, ut decet, ut rei natura postulat, qui doctrina liberali politis hominibus placere studeat, huic ego tribuo popularitatem, omni eruditionis vanitate jucundiorem et majorem.

---

[1] *Jucunda est — et majorem.*] Apprime profecto his ea accedunt, quae in praestantissima illa Ernestii nostri *de grata negligentia orationis* prolusione, a. 1743. primum publicata, deinde vero ejusdem *Opusculis philologicis*, (Lugd. Batav. 1776. 8.) iterum inserta, ibidem pag. 127. hoc tenore leguntur: *Natura quidem hoc sollerter sic est machinata, ut perfectiones operum suorum quadam negligentiae veluti umbra occultaret, quasdam etiam partes prope destitueret, et non satis elaboratas velut objiceret, tanquam efficacius opera sua per hanc modestiam commendatura. In magnis divitiis aliquid negligi volumus, et, sive paupertatis, sive avaritiae, quae ipsa quoque paupertas est, indicium habetur, ad omnia intentum esse, nihil omnino negligere. In feminae autem ornatu si qua pars paullulum negligenter exculta est, veluti studio quaesitum placet. Adeo denique volumus, aliquid, in omnibus rebus, quae arte continentur, negligi, ut diligentia etiam minuta videatur.* Μικροπρεπὴς ἡ ἀκρίβεια, *inquit Demetrius, non contemnendus auctor. Hoc secuti summi quique Poëtae, Oratores et Historici, in sententiarum conformatione, verborum delectu ac compositione, interdum et paullo negligentiores videri voluerunt, et, si quid sibi minus curiose dictum et collocatum excidisse per scribendi calorem, dum de rebus magis, quam de verbis cogitant, viderunt: id relinquere maluerunt, quam ad subtiliorem rationem exactum tollere.*

V.

Sed exponamus de hac re accuratius. Atque primum quid tam populare esse debet, quam oratio? Dicendi omnem rationem Cicero docet in medio esse positam, communi quodam in usu atque in hominum more et sententia versari: ut in caeteris id maxime excellat, quod longissime sit ab imperitorum intelligentia sensuque disjunctum, in dicendo autem vitium vel maximum esse a vulgari genere orationis atque a consuetudine communis sensus abhorrere, *de orat.* I, 3. Neque ejusdem ingenii neque studii orator auditores habet, quorum tamen omnium rationem habeat necesse est. Unusquisque eo animo eaque spe accedit, ut non solum audiat, sed audiat etiam cum voluptate, atque intelligat oratorem. Hic vero, si de subtili aliqua re aut obscura agat, quomodo illius spei atque voluntati satisfaciet? Sint etiam, quod tamen raro accidit, sed sint omnes, qui audiunt, bene exculti litteris et eruditi. Erunt tamen eorum quidam, qui te de re a studiis suis aliena disputantem audiant inviti; erunt, qui aliqua minus intelligant, erunt, qui sudent et aestuent, quibusque nihil jucundius feceris, quam si cito desinas. Eosdem autem nonne eleganti popularitate et retinere et delectare poteris?

Deinde habet importuna illa eruditionis ostentandae cupiditas hoc plerumque incommodi, ut, si adsint homines gustu quodam elegantiae et venustatis imbuti, atque politiorum hominum usu et consuetudine exculti, ii oratorem contemnant, et de litteris ipsis tenuiter sentiant. Certe illae opiniones, non vitae sed scholae valgo homines discere: eos, qui se Graecarum Latinarumque litterarum studio dederint, quo doctiores sint, eo ineptiores ad dicendum agendumque esse; obscuram esse eorum diligentiam, eosdemque, si ex hac domestica exercitatione et umbratili in solem atque pulverem educantur, lucem ferre non posse, mihi hinc ortae videntur. Atque etiam quis aut reprehendat, aut his succenseat, si oratorem, ut hoc exemplo utamur, gratias acturum, multis Graecorum et Latinorum poëtarum et philosophorum locis allatis, ostendere audientes, hominum ingenuum gratum esse debere, sibi a risu temperare nequeant? Lepide Werenfelsius in libro, quem de meteoris orationis scripsit, ingenioso, eos irridet, qui, ut majorem orationi majestatem concilient, levissima quaeque, et de quibus nemo dubitet, magni alicujus ex antiquitate viri auctoritate comprobent, neque se solem lucere dicere posse existiment, nisi idem Agesilaum, aut Arragoniae regem, Alphonsum, dixisse ostendant, eosdemque non minus inepte facere addit, quam si aliquis sodales ad hilaritatem excitaturus in convivio gravi hac oratione ordiatur: „Non minus vere, quam eleganter Venusinus olor, nunc, inquit, est bibendum.“ Adeo verum est, quod Cicero in aureolis de oratore libris saepius inculcat: semper in omni parte orationis, ut vitae, quid deceat, esse considerandum. Quod qui negligunt, eos fere similes fieri videmus isti, quem vir elegantissimus, Balzacius, in epistola ad Gabr. Candillaldum p. 632. ed. Kapp. procuratores, quos vocant, in foro Parisiensi sic compellasse narrat: „Docebit vos, o procuratores, vestrum officium Homerus Iliados K. et Eustathius, scholiastes Homeri, in illos versus“ atque memoriter ad decem aut duodecim versus recitasse.

Porro etiam ipsa rei natura non magis hanc popularitatem requirere videtur, quam exemplum veterum scriptorum omnium. Non prius surges ad dicendum, quam tibi loquendi occasio data fuerit. Si, ut rem clarius exponam, alicui honores aut munus tradis, nonne

jam habes argumentum? *Quid de inventione thematis sollicitus es?* Num, si de alia re, sive e Philosophia, sive e quacunque litterarum parte repetita exponis, non illud agis, quod debes, et cujus caussa concionem habes, sed ad rem minime huc pertinentem delaberis.

Denique videamus ipsam originem eloquentiae. Quibus quaestionibus illam debemus? finitis an infinitis? Profecto iis, quae ad certos homines, et tempora certa pertinent: infinitae autem subtilitati philosophorum relinquebantur. Capiunt etiam illae vim, copiam et divitias eloquentiae: hae umbratilem disputationem admittunt; illae in foro atque in luce, hae in schola tractari cupiunt pleraeque. Quare Cicero, in oratione pro Murena, de Stoicorum opinionibus dicturus quaedam, quasi veniam hujus audaciae orat. *Et quoniam*, inquit, *non est nobis haec oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conventu agrestium, audacius paullo de studiis humanitatis, quae et mihi, et vobis nota, et jucunda sunt, disputabo* (cap. 29). Quidam tantummodo, sive ut ingenii gloriam aucuparentur, sive ut, quantum valerent dicendo, ostenderent, universas quaestiones tractare coeperunt. Qui, si recte judicare velimus, cur hoc fecerint, popularitatis studio hanc viam inivisse videntur. Cicero certe in Paradoxis se animadvertisse dicit, saepe Catonem, in senatu sententiam dicentem, locos graves e Philosophia tractasse, abhorrentes ab usu forensi et publico, sed dicendo tamen consecutum esse, ut illa omnia etiam populo probabilia viderentur; atque ideo etiam se tentare voluisse, possentne illa in lucem proferri et ita dici, ut probarentur, an alia quaedam esset erudita, alia popularis oratio. Quemadmodum autem aliae infinitarum quaestionum ornatum orationis et nitorem admittunt, ita aliae illum omnino respuunt. Has igitur prudens orator plane omittet: reliquas quomodo tractare debeat, statim videbimus.

Est enim nunc ipsa popularitatis natura et indoles explicanda, quanquam, quod Roscium in ore habuisse legimus: *caput esse artis, decere, quod tamen unum id esse, quod tradi arte non possit*, etiam de hac oratoris virtute dici debere videtur. Popularis igitur orator totum animum omnemque cogitationem in illa re, quae dicendi occasionem praebuerit, defiget: non solum, de qua re sibi dicendum sit, sed etiam, quid hoc tempus, hunc locum, hos auditores deceat, videbit: hinc totius orationis conformandae rationem petet, eamque ita instituet, ut, quae sibi proposuerit, consequatur. Indagabit caussas: naturam rei considerabit: auditorum sensum et voluntates observabit: atque in primis hoc dabit operam, ut mores dicentis ex oratione pelluceant et quodammodo cognoscantur, ut optabilem de prudentia, probitate, benevolentia, modestia sua in animis audientium opinionem concitet. Sententiis utetur neque subtilioribus, neque obscuris, eoque dicendi genere, quod suae caussae maxime accommodatum esse intelligat. Nam illud ne praecipiendum quidem esse videtur, fugiendum esse omnem horridum et incultum sermonem, omniaque evitanda, quae difficilius ab audientibus intelligantur. Denique totam per orationem elucebit illa venustas, quae non tam in singulis verbis cernitur et formulis, quam toto orationis habitu politi ingenii hominem indicante; ut dicit Ernestius ad Sueton. Jul. c. 56.

At, dixerit aliquis, neque res omnes neque auditores talem orationem patiuntur. De utroque videamus. Primum vix puta-

mus fieri posse, ut neque tempus, neque auditores, neque alia cum causa conjuncta, oratori, si modo non elinguis sit, probabilem dicendi materiam praebeant. Neque enim habebis orationis habendae occasionem, nisi res alicujus momenti inciderit. Talem vero si nacti fuerimus, pudeat nos unquam nomen viri eruditi usurpasse, nisi auditores oratiuncula jucunda tenere possimus. Sed dabo, quod fieri non potest. Sit tenuior caussa: sit major illius vilitas, quam ut ornari queat: tum etiam oratorem popularem esse volo. Transferet orationem ad locum, quem rhetores dicunt, communem, sed transferet ita, ut illum neque vi attraxisse, neque precario accepisse, verum ille se ipse obtulisse videatur. Non solum igitur ita conjunctus erit cum re praesenti, ut unusquisque sibi in mentem illum venire debuisse existimet, sed tractabitur quoque sic, ut res propria ubique eluceat. Tali enim modo quasi fallet auditores, fraudemque illis faciet, neque injucundam, neque facile a quoquam, nisi a perito artifice, faciendam. Quod vero non auditoribus omnibus ejusmodi orationem probatum iri aliquis dixerit, fatemur lubenter, quid sit bene et apte dicere, multos ignorare atque ideo, cum consuetudinis magna sit plerumque vis, eique adversari multi nefas existiment, bene vir quidam eruditus, ubi de caussis intereuntium litterarum nuper et docte exponit, si quis se ad talem, quales pleraeque sunt, orationem habendam coactum videat, illum orare debere dicit priscae eloquentiae gnaros et studiosos, ut statim discedant: nam se velle esse ineptum; (quibus verbis Crassus apud Ciceronem se Scaevolam in prensando dimisisse narrat) iis praesentibus ineptum se minime velle. Verum neque puto fieri posse, ut aliquis hoc timore a recta via deducatur. Nam, si, qui audiunt, docti sunt, si iidem, quid sit bene et recte dicere, intelligunt, quid oratori potest jucundius esse doctorum virorum, quam certissime sperabit, laude? Nonne etiam vel trium intelligentium auctoritatem atque testimonium pluris faciet centum aliorum plausu et levitate? Denique ipsis imperitis magis probabitur popularis noster orator illo subtili, tristi, et erudito. Etsi enim non intelligant artem, et quemvis tali modo dicere posse sibi falso persuadeant, suaviter tamen afficientur illa elegantia, atque hanc quo minus sentiant voluptatem, nunquam poterunt impedire. Ipse autem orator consolabitur se maximorum virorum auctoritate, seque ita dicere animadvertet,

Ut sibi quivis
Speret idem, sudet multum frustraque laboret
Ausus idem.

Profecto enim difficilior est haec popularitas, quam existimet aliquis. Certe multo facilius est a Pitisci non limpidissimo fonte rivulum deducere, aut e compendiolo aliquod caput horrida oratione proponere, quam, quid vera eloquentia, quid digna erudito homine elegantia, quid magnitudo caussae, quid ingenia et mores auditorum postulent, non intelligere solum, sed, se intellexisse, apta oratione ostendere. Quid? quod haec natura atque propria popularis orationis indoles esse videtur, ut, quemadmodum Cicero de Attico dicendi genere scribit, (in orat. c. 23.) talem oratorem qui audiant, quamvis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidant se posse dicere. *Nam orationis*, pergit, *subtilitas*, (nos addamus, et popularitas) *imitabilis illa quidem esse videtur existimanti, sed nihil est experienti minus.* Sit igitur non solum indicium, sed etiam summa popularitatis laus, ut et lubenter hos

omnes audiant, et facillime se idem praestituros esse sperent. Mirifice, quae adhuc disputavimus, illustrabit locus Quintiliani, quem e L. IV. c. 2. *Inst. Orat.* adscribemus. *Sermonis quotidiani*, inquit, ubi de narratione aperta et dilucida exponit, *et in quemcunque etiam indoctiorum cadentis existimant: cum interim, quod tanquam facile contemnunt, nescias praestare minus velint an possint. Neque enim aliud in eloquentia cuncta experti, difficilius reperient, quam id, quod se dicturos fuisse omnes putant, postquam audiverunt.*

ADDITAMENTUM QUARTUM.

Chr. Ad. Klotzii

oratio

De rerum cognitione, a verborum scientia sejungenda.

Ad pag. 13.

Memini, me saepius audire ita judicare multos de doctrinarum studiis, ut alias dicerent verborum copia inani contentas esse, alias rerum utilissimarum vim multiplicem complecti praedicarent. Atque illarum quidem tenuitatem ab iis, qui sic sentiunt, contemni prae harum splendore facile intelligitis, Auditores. Quare etiam illi ice commendant istam rerum certarum scientiam, ad illarum studium acerrime juventutem adhortantius: ista doctrina, quam barbaro et digno talium judicum ingenio nomine *realia* offerre ajunt, ista igitur doctrina instructos reipublicae utilissimam operam praestare atque in populi celebritate versari dicunt: reliquarum artium gnaros jacere quasi in umbra et tenebris, nec in reipublicae lucem prodire: eosdem vix habere quidquam, quod prosit publice, quodque adeo discere operae pretium sit.

Quibus quidem vocibus si iis in locis, pro quibus non ea, quae Fridericianam unice regit et fortunat, provida sapientia excubat, frequenter aures juvenum circumsonant: quid facilius accidere potest, quam ut teneris animis falsae quaedam de doctrinarum honore et utilitate opiniones infigantur, quae deinde tenaciter inhaerent, nec, radicibus actis, umquam evelli possunt? Unde nonne patet illud evenire, ut et pravam studiorum viam multi ineant, alii minus recte de virorum doctorum ingeniis existiment, negligant vero pleraque, tanquam futilia et inepta, quorum et ad animum emendandum, et ad ingenium acuendum,

---

Chr. Ad. Klotzii — scientia sejungenda.] Extat haec oratio in Klotzii *Opusculis philologicis et oratoriis* a Mangelsdorfio editis (Hal. 1772. 8.) pag. 153 — 162.; locoque hic eidem assignato eo dignior nobis apparuit, quo circumspectius et elegantius in themate exponendo auctor ipsius pro more suo versatus est. Neque tamen prudentiorum lectorum cuiquam officiet, si ea quoque inspexerit, quae Ernestius noster in Prolus., qua demonstratur, *majus utiliusque esse, latinos auctores intelligere, quam probabiliter latine scribere*, a. 1738. primum divulgata, posthac vero ejusdem *Opusculis varii argumenti* (Lips. 1794. 8.) pag 306 seqq. inserta, item atque in Progr. acad. *de artis bene cogitandi et bene dicendi conjunctione* a. 1757. scripto, interque ejusdem *Opuscula oratoria* (Lugd. Bat. 1762. 8.) pag. 134 seqq. conspicuo, de eodem fere argumento in utramque partem perquam apposite monuit. V.

atque etiam ad instrumenta bene olim rerum gerendarum atque reipublicae administrandae, colligenda, magnus est usus atque insignis necessitas? Quae cum ita sint, cumque nullam occasionem praetermittere fas sit, Vos, Commilitones optimi, ad veram doctrinae viam alacri animo ingrediendam et constanter persequendam ita adhortandi, ut errores, licet alibi dominantes, indicemus libere, periculososque scopulos quasi ostentemus, ad quos ne offendatis in illo itinere, verendum est: non inutilem, credo, fore paullo copiosorem disputationem nostram de illo, quod adeo commendari et praedicari audimus, rerum studio. Neque vero ad vos, Collegae praestantissimi, qui ipsi abundatis sapientia et praeceptis et institutis, dirigetur oratio mea, quos aut docere aut monere nullo modo in animo habeo; qui soli juventuti consulere atque prodesse ut omnibus in rebus et institutis nostris, ita et hac disputatione volumus. Hoc vero argumentum ut dicendo hodie explicem, videtur postulare atque suadere ratio et persona viri egregii, in quem a me paullo post conferentur diligentiae et virtutis, quorum apud Universitates litterarias potestas est, praemia. Eas enim ille eruditionis partes animo complexus est, quibus inter illa rerum utilium studia non ultimus locus vulgo datur. Vos igitur, Juvenes, quem mihi ex hoc loco saepius dicenti praestitistis semper animum attentum, benevolum et docilem, hodie quoque praestabitis; praesertim cum debeamus nos disciplinae nostrae documentum aliquod felicitati hujus diei, quo inde a natalibus suis paucos habuit Fridericiana laetiores, illustrata praesentissimo, quo exultat, quo se beatam habet, praesidio.

Illam vero *de rerum cognitione, a verborum scientia sejungenda,* sententiam dum commemoro, profecto antiquum hominum morbum et inveteratum attingo. Fuit quidem tempus, quo iidem erant vivendi praeceptores atque dicendi. Apud Homerum Phoenix se a Peleo patre Achilli juveni comitem esse datum dicit ad bellum, ut illum efficeret oratorem verborum actoremque rerum. Verum non perpetua haec ratio fuit. Mutata res est. Hinc dissidium illud exstitit quasi linguae atque cordis, ut Cicero dixit, absurdum sane, et inutile, et reprehendendum, ut alii nos sapere, alii dicere docerent. Quod cum iis temporibus accideret, quibus litterarum flos erat summus: quid miramur, ea tempestate, qua honor verae doctrinae omnis extinctus jacuit, elegantiae in cogitando et dicendo nullum omnino pretium statuisse eos, qui tum docti dicerentur et haberentur? Tum enim nihil aliud agebant vulgo, quam ut inanissimis disputationibus non tam exercerent, quam frangerent ingenia, atque in umbra vanissimas de rebus inutilibus quaestiones excitarent, iisque agitandis tempus consumerent pessime. Quorum quidem hominum levitatem cum non solum contemnerent, sed, ut difficile est viro ingenioso risu abstinere, ubi quod risu dignum sit, observare sibi videtur, etiam salibus et vocibus perstringerent ii, qui et venustius ingenium nacti essent, et meliorum auctorum contubernio quasi innutriti: hinc odium incensum fuit acerrimum et quasi bellum his, quos verborum gnaros dicebant, indictum vehementissimum. Inprimis vero ex eo tempore illorum studia, qui humanitatis litteras profiterentur, Graecorum et Latinorum auctorum interpretationi operam darent, qui eloquentiam colerent, qui Criticam libris operam praestarent, contemni coepere. Horum enim criminabantur operam omnem versari in solis verbis, in syllabis, ac singulis pene litteris interpunctionibusque verborum: nihil eos omnino ad vitam huma-

[illegible], ad rempublicam pace belloque administrandam, ad majores denique disciplinas prodesse. Quod quidem dum dicant ii, profecto non cogitare videntur, omnem sapientiam vanam esse et inutilem, nisi accedat orationis lumen et nitor; nisi adjungatur sermonis beneficium, quod sine verborum bonorum copia atque facultate ne cogitari quidem potest. Ecquid enim prodest, multa animo tenere, nisi ea expromere possis ad aliorum commoda? quem usum habere potest rerum per se utilissimarum scientia immensa, nisi illius fructus cum iis, qui tecum vivunt, et qui post te futuri sint, aut tui copiam non habeant, libris tradere et offerre possis? Quod ut beneficium aliis tribuas, non sufficit qualiscunque loquendi, aut balbutiendi potius infantum more, facultas. Facunda requiritur perspicuitas, atque in hoc omnium communi amore pulchritudinis, elegantia quaedam. Quod si ii ipsi cogitassent, qui hanc verbalem, ut dicebant, eruditionem in contemtum adducere primi cuperent, atque conarentur, quot non disputationes omitti poterant, ea tantum de causa habitae, quia obscurius alii locuti essent, nec de re, sed de verborum sensu lis ageretur! Quanta vero inde dissidia excitata, quam animi exacerbati fuerint, quae bellorum incendia orta sint, non opus est, ut verbosius ostendam. Nam, qui rerum olim gestarum memoriam aliquam teneant, iis multorum exemplorum acerbissima varietas statim succurret.

Sed nec ipsos credo eos ignorare, quam necessaria sit cuicunque homini bene dicendi facultas, id est, ita loquendi scribendique, ut non solum intelligant ea, quae dicamus, homines clare, sed etiam ut non illubenter nos audiant, legantque. Immo in gratiam nobiscum redituros esse eosdem existimo, modo sibi persuaserint, his litteris nostris, quibus verborum studium propositum putant, contineri et niti quasi fundamenta reliquae doctrinae, quam altiorem dicunt, nescio an recte satis, sed dicunt omnes; atque hanc, nisi adjumenta ab iis accipiat, sese nullo modo tueri posse. Quod ut sibi persuadeant, si nos postulamus, nostro nobis jure agere videmur; nec, quod ab aequitate aut veritate abhorreat, quidquam flagitare.

Primum enim dabunt ii nobis non inviti, harum litterarum, quae humaniores vocatae sunt a majoribus nostris ideo, quia hominum ingenium maxime decent atque ornant, hanc esse vim, ut ingenium acuant mirifice illique dexteritatem aliquam concilient, quae se multis modis prodat. Nam qui probe hac humanitatis disciplina exculti sunt, acutissime, quantum veri, quid utile cuique rei insit, perspiciunt adeoque celeriter rei cujusque caput accipiunt.

Mature iidem assuefiunt, in discendo ac cognoscendo diligenter accurateque versari. Nam in litterarum humaniorum disciplina omnium maxime requiritur summa diligentia et cura, atque adeo non dubie adhibetur ab idoneis magistris, ut etiam nimis, vel minutis in rebus, diligentes esse videantur, eoque nomine ab imperitis invideantur. Nihil est hic neque tam retusum, ad quod non penetrare, neque tam tenue, quod non excutere conetur diligentia, quae etiam syllabas omnes ac singulas pene litteras persequitur. Quare si Geometria omninoque mathematicorum disciplina existimatur acuere ingenia, non tam materia sua et argumento, quam quod cogit intendere mentis vim et saepe cogendo intendendi consuetudinem quandam inducit: quidni hanc humanitatis disciplinam pariter consuetudine animadvertendi diligentius,

acuere perennis diligentiam, animadversionisque contentionem, cujus in omni doctrinae genere atque adeo vitae genere quanta necessitas, quanta utilitas sit, quis ignorat? Illius igitur ope qui hoc obtinet, ut celerius in rebus progredi possit aliis, et accurate acuteque omnia examinet, quam iis rerum bene gerendarum praeclarum, quam utile instrumentum debet?

Neque vero parant solum hae litterae animum quasi agrum, ad recipienda et fodienda doctrinae majoris semina, (id quod mathematicorum etiam disciplina effici modo fassi sumus) sed poliunt quoque, quod illarum propria laus est, ingenia, pulchritudinisque sensu imbuunt acerrimo.

Maxima pars humanitatis et decus prope omne vitae humanae, quo a bestiis distamus, continetur sensu quodam ordinis, decoris, et pulchritudinis, atque spectatur in dictis factisque omnibus et partibus vitae humanae externis, ad illius sensus legem et normam componendis et fingendis. Quem sensum obruit atque enecat barbaries, inimica rebus pulchris omnibus, eoque exstincto totius vitae in omnibus rebus deformitas, longissime a naturae humanae lege ac dignitate aberrans, consequitur. Ubi vero ille sensus viget, aliturque suis nutrimentis et acuitur artibus idoneis, ibi vero omnia accipiunt suum ornatum ac decus, consentaneum naturae humanae dignitati, atque elegantia quaedam, per omnes vitae humanae partes fusa atque explicata, late efflorescit. Hinc nascitur vera eloquentia; hinc morum facilitas, elegantia et venustas: hinc in operibus artis omnibus pulchritudo et honos. Sed haec omnia genera habent conjunctionem inter se talem, ut suam invicem communicent vim, et iisdem semper in locis habitent, sitque iis quasi commune domicilium. Neque enim ignorat quisquam, quibus temporibus eloquentia, poesis, et aliae artes liberales in Graecia et Italia maxime florerent, iisdem perfectissimam fuisse picturam, statuariam, architecturam, ceterasque tales artes, certe elegantissime tum homines de talibus rebus judicasse. Quare tum ii, qui libros veteres Graecos et Latinos vel in lucem protraxere, vel emendare ingenia et explicare doctrinas instituerunt, et, cum maxime instituunt adducuntque homines non modo ad eorum intelligentiam, sed etiam gustu pulchritudinis ejus imbuunt, qua ibi sunt omnia oblita, praeclare merentur de genere et vita hominum propterea, quod ex iis libris cogitandi dicendique elegantia et suavitas venit. Acuuntur homines ad pulchritudinis ejus, quae artibus inest, sensum, non modo ad illas ipsas artes judicandas exercendasque profuturum, ad quas ea pertinet proprie, sed etiam ad reliquas eruditionis partes omnes vitamque universam.

Quis vero credat, hanc, quam litterae, quas unice verbis addictas et quasi consecratas esse ajunt, praestant operam, contemnendam esse? hanc esse vilem? hanc non inprimis ad vitae usum facere? Sed multo magis iniquitas illorum judiciorum intelligeretur, si verbosius ostendere liceret, eorum auctores librorum, quorum in interpretatione versantur humanitatis doctores, de rebus divinis atque humanis praecepisse optime, atque omni aevo inter praecipuos sapientiae auctores fuisse relatos: si copiosius docere vacaret, illis legendis addisci plurimas res, quas ii, usu rerum instructi, summis et honestis muneribus clarissimi (tales enim fuerunt Xenophon, Thucydides, Polybius, Cicero, alii, qui exercitus duxere, aut in republica summa munera gesserunt), quas igitur ii, non lucelli spe, sed honestae famae cupiditate accensi, prodiderunt; denique, ista verborum accurata scientia nec

carere posse Theologum, qui scripturarum auctoritatem solam sectatur, non carere posse Ictum, qui ex ipsis fontibus tum legum caussas et origines repetit, illis ad immortalitatis memoriam impressis vestigiis Cujacii insistit, Hotomanni, Bynckershoeckii, Heineccii et aliorum, quos dudum fama consecravit posteritatis cultui; in quibus Heineccii nostri exemplum etiam nunc contemplemur et veneramur; si denique, eundo per partes eruditionis humanae, singulas monstrandi otium esset, quantum quaeque et ornamenti et adjumenti ab his litteris repetat.

Quae quidem omnia cum facile in clarissima luce possint poni, Auditores, utinam ne difficilius esset ea, quae ex istis de verborum et rerum scientia variis diversisque opinionibus oriantur, damna, impedire atque multiplici fundi nostri calamitati mederi! Nonne enim hinc fit, ut multi scholarum magistri istam verborum curam indignam judicent suo munere? ut puerile ingenium longe aliis rebus crucient atque enecent, quam quae in istam aetatulam cadunt? ut juvenes ipsi, neglecto severiore litterarum, quibus carere omnino nequeunt, studio, in Academias cruda studia propellant? sapere sibi videantur egregie, priusquam maturitatem aliquam animi contraxerint, atque sic multo minus *prosint* olim patriae minusque feliciter in rebus agendis *versentur?* Hinc quoque exoritur, quo nihil perniciosius cogitari potest, ille contemtus, quo tanquam funestissimo dissidio interdum vexata est et turbata res litterarum publica. Nonne enim, si quaedam doctrinae partes viles audiant et inutiles, illae jaceant et evanescant, ut flores venti tempestate impulsi, necesse est?

Omnium artium ac disciplinarum quaedam est inter se conjunctio, et altera alterius auxilio indiget. Omnibus suum est pretium, sua dignitas, suus honor. Ament ergo se invicem et colant mutuoque amore nihil sibi honestius esse putent. Procul habeant odium, invidiam, obtrectationem, easque non minus sibi, quam sororibus, turpes esse arbitrentur!

Dixi haec vestra causa, juvenes carissimi; quorum regendorum praeceptis et consiliis provinciam sustinemus. Hortari vos enim juvat, ut discendi evitetis docendique vitia quaedam, aliena illa quidem a nobis et, Deus jubeat! aeternum a nobis aliena futura, sed tamen quorum naturam mature cognoscere et interius perspicere, multas ob causas utilissimum est.

ADDITAMENTUM QUINTUM.

Frid. Platneri

epistola ad Joh. Aug. Bachium pro juris consultis, qui litteras humaniores contemnunt.

Ad pag. 15.

Joh. Augusto Bachio, V. C., S. D. P.

Fridericus Platner.

Etsi tantum Tibi debeo, Vir Consultissime, et propter singularem Tuam in me humanitatem atque benevolentiam, et propter

Friderici Platneri — humaniores contemnunt.] Lepidissima haecce epistola, a. 1750. separatim typis exscripta, ab ipso auctore in ejusdem *Lanem*

disciplinae Tuae fructus, ut, quicquid Tibi contigerit, mihimet ipsi contigisse putem: tamen non possum diffiteri, esse aliquid, quod hoc diei Tui gaudium liquidum me percipere non sinat. Etenim, sentio quotidie magis, in quantum ego sim, Te auctore, inductus errorem, sentio, quam perditum sit tempus, quod e ratione Tua litteris quibusdam discendis tribui.

Memini enim, Te, cum videres, me velle juri cognoscendo operam impendere, hortari me vehementer, ut litteris humanioribus bene mihi viam munirem, sine quibus aditum nullum ad veram jurisprudentiam dari, ajebas. Me vero jam dudum hujus erroris et disciplinae Tuae poenituit, postquam me tempus, quod collocari melius poterat, intellexi perdidisse. Quam ob causam et ipse ab illa mihi per Te demonstrata via decessi et in animum induxi, Te quoque, si possem, ab ea opinione avertere. Nullus autem mihi magis opportunus visus est, quam hodiernus dies, quo Te, propter novum honoris Tui augmentum, faciliorem fore, existimabam.

Scis, Vir Consultissime, tres esse jureconsultorum familias, quae natura sua et placitis plane sint diversae. Quarum prima quidem eorum est, qui multa plane inutilia atque supervacanea jurisprudentiae annectunt, atque sine litteris humanioribus, id est sine maxima linguarum, rituum, historiae et juris Graecorum Romanorumque cognitione neminem in jurisprudentia recte versari posse existiment: in quorum Tu, Vir Consultissime, numero ut esses, semper studiosissime elaborasti.

Secunda deinde est eorum, qui, vel occasione vel voluntate destituti, tam molestum ad jurisprudentiam iter nunquam conati sunt instituere, sed breviore via, causis scilicet orandis et judicandis ad juris consultorum nomen pervenerunt, qui, cum mediam amplectantur sententiam, miscelliones et Herciscundi possent vocari, cum nec, quae ignorent, contemnant; nec eorum pertinaciam, qui longioribus ambagibus se passi sunt jactari, accusent.

Tertia *) tandem est eorum, qui, recte perspicientes, juris scientiam omnem ad juris dicendi et causarum agendarum facultatem comparatam, eamque in juris hodierni arctis limitibus continendam esse, non solum has litteras non didicerunt, verum gloriolae ejus pusillae vanitatem alte despicientes, exstirpare atque eradicare sapientissime volunt.

---

saturam, Altenburgi 1758. 8. divulgatam pag. 51 sqq. recepta fuit. Ceterum eadem fere dissimulatione, cui Platnerus noster, summos in utroque jure honores Bachio gratulaturus, hic indulsit, Petrum Burmannum quoque usum esse constat, dum *in humanitatis studia* orationem publice quondam haberet, Lugd. Batav. 1720. 4. prima vice divulgatam eandemque posthac ejusdem *Orationibus*, Nicolai Bondtii cura Hag. Com. 1759. 4. conjunctim editis, pag. 303 seqq. insertam. Eorum vero in gratiam, qui in veras intereuntis sensim paulatimque jurisprudentiae humanioris causas serio inquirere concupiscant, e larga scriptorum huc referendorum copia cum Gerh. Noodtii diss. *de caussis corruptae jurisprudentiae*, in ejusd. *Operibus*, Lugd. Bat. 1713. 4. publicatis pag. 761 seqq. extantem, et Heineccii nostri orat. *de jureconsultis semidoctis*, ipsius Opuscc. var. syll. Hal. 1735. 4. editae pag. 519 seqq. insertam, tum Chr. Gottl. Richteri, antecessoris quondam Lipsiensis meritissimi, orat. *de intereuntis jurisprudentiae humanioris causis*, ejusd. Animadv. *de veteribus legumlatoribus et scriptoribus juris Attici*, Hamburgi 1791. 8. typis expressis pag. 139—179. adjectam, hic commemorasse juvabit. V.

*) Vid. Ammianum Marcellinum L. XXX., c. 4. in editione Jacobi Gronovii Amstel. 1693. fol. pag. 654.

Solent vero hoc tertium maxime jure consultorum genus Tui ordinis homines vehementer ridere, atque traducere. Quam ob rem ego, qui ad eorum castra transii et satis in praesenti commilitonum meorum excellentem praestantiam perspicio, amore veritatis victus, eos defendere ita institui, ut singula, quae vos jureconsulto necessaria putetis, longe amovenda esse doceam; Teque, si possim, nostris piis, castis et utilissimis coetibus adducam.

Primo quidem id Vos, qui humaniorum jure consultorum vegrande nomen Vobis sumitis, soletis vehementer flagitare, ut rite quis linguam utramque, tam Graecam, quam Latinam, et quidem ita intelligat, ut et Graeci Romanique juris reliquias, quae a Tribuniano et qui post eum vixerunt, conservatae dicam, an depravatae, sunt, possit explicare, atque temporis diuturnitate vel hominum temeritate corruptas restituere possit.

At hoc quidem dudum fuit expeditum atque observatum, eas linguas, quae ab iis, qui maturiorem aetatem attigerunt, sine ullo damno possunt oblivioni committi, pueris eo tantum consilio tradi discendas, ut labori assuefiant. Atque multi etiam hodie jure quodam suo aegre ferunt, quod eam molestiam linguarum exterarum discendarum videant popularibus suis pueris a turgidulis quibusdam magistellis imponi. Nam etsi per annos multos ad raucitatem usque stentoreas voces intenderunt, non tamen potuerunt colla Germana, id est, libera e Latina Graecaque servitute vindicare, et puerorum terga ferulae Latinae doloribus eximere. Tam difficile est errorem vincere diuturnum. Sed ut ad jureconsultos redeamus, quid tandem iis, qui in jure dicendo, vel in causis agendis, occupantur, linguae utriusque intima cognitio afferet utilitatis? In Germania versamur, Germanice igitur dicendum est. Quid quaeso aliud est in varietate linguarum, praeter insignem aliquam ostentationem, positum? Volunt enim tantum ab iis, qui mysteriis sunt initiati, intelligi, profanis oracula canere.

Olim apud Romanos, si recte memini, alia erat causa, cur Latina uterentur lingua: scilicet, quod vernacula et communis Romanorum esset. Nos vero cur Latina utamur, eaque obsoleta, et a nullo nostri temporis populo usitata?

At video sane me nihil contra tot seculorum consuetudinem meis rationibus effecturum esse. Utimini ergo lingua Latina, at Latina hodierna, id est facili, multis novis verbis aucta, per tot secula immutata, et aliquantum a prisca illa recedente. Ridebis sane, me hoc Tibi, Moris et Linguae Romanorum Tenacissimo, persuadere velle. At age, Consultissime Bachi, age dic, cur hoc tantum tam curiose caveamus, ne verbulum sermoni nostro immisceamus, a Cicerone, vel alio quodam vetere ejusmodi scriptore ignoratum; ne alio modo dictionibus utamur, quam usi sunt ii, qui Roma florente vixerunt, atque, ut nunquam aliter, vel dicamus, vel scribamus, quam secundum leges a Langio, Cellario, Schmidio, Wellero, aliisque sexcentis ejusmodi Aristarchis propositas? Quid quaeso est, quod nos his obsequi cogat? quod nos impediat, quo minus leges istas durissimas, molestissimas, et saepe jam jure exsecratas, transgrediamur? Quis est, qui eam inter Grammaticos potestatem obtinuit, ut coercere nolentes et invitos docere possit? Liberi sumus, sub nullius Grammatici dura et iniqua potestate vivimus. Scribamus, ut intelligamus, et ut intelligamur. Etsi aureae aetatis vestigia in libris nostris

non reperiuntur, quid refert, sufficit, nos tantum Romanis tribuere, ut litteris earum in scribendo utamur. Praesertim cum nostris temporibus tot res inventae, tot actiones et jura excogitata sint, ut nemo in his antiquam illam, quam Scholastici quidam homines vocant, elegantiam, etiam si velit, retinere possit, nisi et obscuritatis et jactationis notam ab omnibus artis peritis merito ferre velit? Sexcenta alia possem Tibi argumenta contra legem de discenda lingua Latina, elegantiaque scribendi a Tui ordinis hominibus excogitatam proferre. At videar forte parum, et veritati, et meorum argumentorum subtilitati, tribuere, si plura addam. Contra unam tamen eam opinionem Vestram aliquid dicendum videtur, ac si propterea lingua Latina necessaria sit, eaque carere jure consultus nequeat, ut tanto facilius juris antiqui reliquias cognoscere et explicare possit.

Semper hoc fuit intelligentibus risui, tantam vim tantumque pretium statui juri Romano. Est vero ea quorundam hominum simplicitas, ut omnia, modo Romana, magnifaciant, laudent, admirentur. Quis nescit, esse, qui, vanissimo solius Romani nominis amore inducti, res vilissimas, atque a Romanis adeo ipsis abjectas, conservent; qui omnia secundum ingenium Romanorum, secundum morem eorum, velint fieri; qui, si possent, sutores, sartores, tonsoresque efficerent Romanos; quibus nihil, nisi quod antiquitatis Romanae speciem, situm, squaloremque habeat, probetur: qui, si possent unum templum Dei pagani e ruinis recuperare, pro eo libenter patriam ipsam proderent: qui, si Ciceroni vitam reddere, atque eum ex umbris reducere possent, omnes Schneidewinos, Scaccias, Strachas, Caballinos, Caepollas, Mangilios, Guzmannos, Burgundos, aliosque, hisce similes, jureconsultos, eorumque immortalia atque frugifera opera, diis inferis consecrarent: qui unam Lucretiam a mortuis resuscitatam, immo unum ejus ossiculum, omnibus iisque pulcherrimis nostri temporis puellis praeferrent? At, si interrogentur, qui tanto Romani nominis Romanorumque rerum amore exarserunt, quid tandem sit? quid in iis admirentur? nil sane habeant, quod, praeter vetustatem, et antiquitatem, laudent. Si itaque ad jus Romanum accedimus, quid in eo est tam divinum atque super humanitatem erectum, quod in aliis aliorum populorum legibus non reperiatur? Quod si Tibi, Legum Romanarum Peritissime Bachi, vel maxime darem, esse leges illas excellentes, immo divinas, quid amplius? quid ad nos redundabit ex iis utilitatis? Nostro jure utimur, in Germania versamur, habemus majorum nostrorum leges, quae propterea, quod in Germania natae sunt, nobis longe sunt utiliores, et longa observatione tam altas radices egerunt, ut facile exstirpari non possint.

Sunt quidem, uti memini Te dicere, Vir Doctissime, qui omnia instituta omnesque leges Germanorum e Romano fonte defluxisse putent, et qui propterea leges et jura Romanorum discenda existiment, ut tanto facilius origo et progressus juris nostri possit intelligi. At nemo ignorat, a Justiniano ipso tot fuisse in iis, quae a majoribus accepisset, immutata, ut jam ab eo tempore jus Romanum concidisse, novum vero fuisse inductum, videatur. Deinde, quid quaeso tandem utilitatis afferet haec multo labore et studio quaesita originum juris et fatorum cognitio? Scio, multos fuisse, qui egregia hac cognitione cum magna sui nominis fama, et magna sectatorum turba, carerent.

Artifices, et ii quidem, qui maxime ab omnibus laudantur,

et operum excellentia reliquos longe superant, raro tamen artium suarum inventores, earundemque incrementa sciunt, et tamen ab omnibus suae artis periti censentur. Quid tandem est, quod in hoc juris nobilissimo artificio hanc molestiam jureconsultis imponatis? ut, si velint suae artis periti haberi, debeant nosse, unde jus fuerit nostrum ad nos perlatum, quas passa fuerit jurisprudentia commutatiónes, qui in hac arte cognoscenda vel tradenda cum laude unquam et nominis fama fuerint versati?

Etenim, uti hodie multi cum laude artem pictoriam exercent; cum Apellis et Zeuxidis nomina ne fando quidem audierint, neque Dureri, Cronacei, Caraccii, Corregii, et aliorum illustrium nuper pictorum manum intelligant: ita et credo, jureconsultum aliquem bonum, pium, utilem, et prudentem esse posse, etsi nesciat Leges XII Tabularum e Graecia, legatis eo consilio missis, a Romanis petitas, a Decemviris vero compositas esse: etsi causas dissensus inter Labeonem et Capitonem ignoret, et legum Romanarum nomina non possit recitare, atque Ulpiani, Modestini, Marciani *), Pomponii, Trebatii et Scaevolae aetates discernere, eorumque vitas, scripta, et fragmenta enarrare. Nam hoc quidem *est* manifestum, a Tribuniano in ipsis jureconsultorum fragmentis *tot* esse immutata, tot inversa, atque innovata, ut magis debeat divinus ille Tribuniani nexus, quam jureconsulti aetas, liber, secta, et Philosophiae genus spectari. Si vero anquirendum sit, quae ex intima historiae juris, legum et jurisconsultorum cognitione ad nostri temporis homines, in jure dicendo, vel orando versantes, utilitas redundare possit: nulla sane erit, nisi haec, quod tempus rebus ludicris, et propter vetustatem et insolentiam ridiculis perdant. Quid? si quis omnia legis Papiae Poppaeae capita et omnia ac singula ejus verba teneat, num unam actionem de quacunque quotidiana utilissimaque re motam instituere, aut finire poterit? Ii vero, qui hanc imbiberunt opinionem, ut credant, ita jureconsultum oportere in antiquis jureconsultorum fragmentis, quae Justiniani jussu Tribunianus corrasit, versari, ut possit, si opus sit, loco depravato (ex scriptoris ingenio, temporis ratione, et verbis, quae supersunt,) medelam afferre, et qui propterea Paraphrasin Theophili, et Graecas, quas habemus reliquias legendas putent, ut vel e paraphrasi Institutiones, e Graecis vero Constitutionibus, Latinae possint explicari et emendari: hi sane non vident, quam ardua et difficilis sit ad jurisprudentiam hodiernam via, quot formulae, quot cautiones, sint addiscendae, quam sollicite curandum, ne a praescriptis verbis recedamus, cum volunt, jureconsultum, lusus et voluptatis causa, tam vastum et turbulentum antiquitatis mare enavigare.

Quis vero non videt, temerarium esse et audax, leges ab aliis scriptas, et vel tempore, vel a Tribuniano depravatas, restituere velle, nonne emendando et restituendo leges novas scribunt? Quod quidem plerique jam viderunt, et in Cuiacio, viro e Tua sententia summo, jure reprehenderunt. Abstinendum itaque est ab hac violentia et temeritate, et recepta potius lectio, eaque legitima, est retinenda. Tutius enim est, centies cum legibus et librariis errare, quam unam falsam lectionem in textum recipere. Itaque, si emendatio tam est periculosa, ut omnibus sit pestis

*) Notat Marcellinus l. c. imperitos quosdam, qui, cum Marciani nomen audissent, piscem crederent.

instar fugienda, cur tantopere est elaborandum, ut adminicula, quibus quis feliciter emendare possit, accipiamus. Omne potius tempus perditum et male collocatum videri debet, quod in arte critica consumitur. Quod eorum perspici potest exemplo, qui multo minori opera et tempore, cum neque Latine scribere possint, et cum laude juris vetusti reliquias ignorent, neque unquam emendationem tentaverint, sibi non contemnendi homunciones videntur: cum Vos, dies noctesque percensendis, comparandis et emendandis legibus occupati, nihil praeterea, quam vos multa nescire, discatis. Atqui quid est tandem in studiis vestris litterarum humaniorum, quod invitare aliquem possit? Forte dignitas?

Enimvero neminem puto futurum, quin videat, hodie praesertim hasce litteras adeo contemni, ut earum ignoratio laudi ducatur, et irritum sit, vehementerque absurdum, ex earum scientia laudem ac dignitatem petere. Semper omnino fuit Criticorum nomen intelligentibus et elegantibus hominibus derisui, cum verba tantum et muscas venari viderentur. Itaque hodie Meursiorum, Gronoviorum, Graeviorum, Burmannorum nomina obscurata sunt eorum luce, qui in componendis consultationibus et hodierni juris observationibus congerendis melius tempus suum collocarunt.

Si vero ad utilitatem descendat mea oratio, et velimus quaerere, utri tandem majorem Reipublicae praestent? facile atque expeditum erit, iis hanc laudem deberi, qui has nugas contemnunt, et factis pulcherrimis exercentur. Nam cum omnis veteris jurisprudentiae cognitio plane sit historica, et nihil nostri aevi hominibus, vel in judicando, vel in causis orandis, prosit, quid quaeso est, quam ob rem hodie adhuc tanto sit labore, tantoque impetu, addiscenda? Videmus enim eos, qui hisce humanioribus jurisprudentiae litteris se dederunt, super omnibus actionum, cautionum, contractuum, testamentorumque formulis nihil dicere, ut propterea verisimile sit, eos tam subtiles res discere non potuisse.

Itaque hi, qui a litteris Tuis, Tibi tam caris, sunt remoti, e republica justitiam administrant atque salutem civium curant; cum Vos cum omnibus Vestris emendationibus, receptis lectionibus, grammaticis observationibus, et interpretationibus, omnia longe, quam antea fuerant, incertiora reddatis.

Cum vero tam futiles sint et contemtae hae, quae humanitatis nomen habent, litterae, quid tandem est, quod Te, Consultissime Bachi, tantopere in iis detineat, cum neque fama doctrinae, neque laus et honor, ex iis peti possit? Mitte quaeso has inanes litteras; meliora, et commodiora, et quae hujus sunt seculi, et disce, et trade. Videbis sic et Tibi, et rebus Tuis, optime consultum esse. Nam, si permanseris in hac haeresi, idem saepe Tibi accidet, quod aegerrime tulisse dicitur Jacobus Cuiacius. Etenim cum ille et Stephanus Forcatulus eodem tempore a Senatu Tolosano juris publicam Professionem peterent, Forcatulus ei sapienter fuit a prudentissimis hominibus praelatus. Et cui tandem hoc debet mirum videri? Etenim non, uti Gravina quidam ridicule satis judicavit, simia homini, sed homo utilissimus et forensi pulveri adsuetus, vanissimo viro est praelatus.

Ego vero, crede mihi, vehementer gauderem, si hac ipsa die, qua Academicos juris honores accepisti, animum Tuum mutares. At quomodo hoc potero sperare ab eo, qui nec precibus, nec lacrimis amicorum potuit moveri, ut e scopulis, quibus affixus haerebat, se extrahi pateretur? Felicem me putarem, si mihi haec perniciosae Tuae constantiae victoria daretur!

Si vero jam reputes, qui tandem sint illi litterarum et doctrinae Tuae, (quam omnes sciunt in hoc jurisprudentiae genere magnam esse) fructus? Qui tandem erunt? Probasti sane, quae edidisti, viris quibusdam paucis, in eodem doctrinae genere elaborantibus, sive potius ab eodem errore captis: at quid habes praeterea? Nihil sane, quam, quod ii, qui has litteras humaniores, vel nesciunt, vel potius ignorare volunt, Te ex animi sententia irrideant, et errare putent. Videsne hoc tempore quendam elegantiorem et nobilioris generis hominem, qui harum litterarum studium cum juris disciplina velit conjungere? Quis est erectioris animi, quin vehementer illi Jacobo Cujacio, ejusque sectatoribus, ex animo maledicat, qui, invidiae stimulis incitati, et gloriae cupiditate incensi, Baldi et Bartoli rationem ausi sunt reprehendere, novam monstrantes viam ad jurisprudentiam, ad molestam, difficilem, horridam, et a nostris temporibus alienam? Illa vero antiquorum jureconsultorum ratio interpretandi magis mascula erat, et nostrorum hominum ingeniis accommodata; cum de rebus magis essent solliciti, verba vero, eorumque muliebrem venustatem viriliter negligerent, neque adeo aegre ferrent, si quando cum historia et verborum ratione interpretatio eorum diceretur *pugnare*. At tunc ille inimicus verae et utilis jurisprudentiae Jacobus *Cujacius*, nominis captandi causa, novas jureconsultis leges scripsit, duriores eas et omnes fere hominum vires excedentes. Subsequenti tempore, cum adhuc superesset magna Cujacianorum discipulorum turba, error Cujacii magis fuit horum ministerio propagatus, contemtique omnes, qui ante Cujacium vixerant, jureconsulti, ita, ut infame fere Bartolinorum videretur nomen. Nunc vero pristina facies jurisprudentiae reddita videtur, eorum beneficio, qui Bartoli disciplinam exulem per aliquot secula in veterem sedem restituerunt. Quod humanum sine dubio bonumque factum existimandum est, cum simul reddita libertas iis omnibus videatur, qui in durissima servitute litterarum ludicrarum a Cujacii *aemulis* habebantur, nunc vero, sui juris facti omnem antiquitatis squalorem poterunt eluere.

Quid, quaeso, jam Tu facies? Nonne times, a nostri seculi jureconsultis Te oppressum iri? Age vero, relinque Cujacium, Duarenum, Augustinum, Gothofredos, Donellum, Voëtium, Noodtium, Brummerum, Westenbergium, Bynckershoeckium, Gebauerum, Wielingium, Ruckerum, Maiansium, Mermannum, Ritterum; Bartolo potius, Baldo, Campegio, Butrigario, Rogerio, Diplovataccio, Phanuccio, et horum sectatoribus, subscribe. Videbis, quanta hac opinionis Tuae immutatione, rebus Tuis sint emolumenta accessura. Abiice Graeviorum, Gronoviorum, Casaubonorum, Perizoniorum, Christiorum, Gesnerorum, Ernestiorumque scripta et in auctores veteres commentarios, et potius Sincerum, Gottschlingium, Junckerum, Minellium et Favonios istos Minellianos perlege. Abiice Ciceronem, Livium, Herodotum, et, quem ipsum Tua opera exornasti, Xenophontem, et potius Tractatum Tractatuum diligenti manu tracta. Sic omnes Te jureconsultum ad mores seculi compositum existimabunt. Sic adnabunt thunni, et cetaria crescent. *)

Haec vero sufficiant in praesens dixisse. Usus sum, ut opinor, iis argumentis, quibus Orpheus lapides aeque facile, quam

*) Vide Horatium Lib. II. Sat. 5. v. 44.

cantu, ad saltandum permovisset. Quid ergo pluribus in re manifesta opus sit? Atque, si plura adderem, possem ipse videri, parum fiduciae in eorum pondere argumentorum collocare, quibus alios, et praesertim Te, Vir Doctissime, velim a gravissimo errore abducere. Mitto igitur omnia, quibus defensionem meam ornare possem: satis me felicem existimabo, si Tibi persuasero, Te hactenus in ea via processisse aliosque duxisse, in qua non laudis, sed contemtus, non divitiarum, sed inopiae, non honorum spes, sed repulsae terrores Vobis immineant. Sic vale, novisque honoribus, quos hodie suscepisti, feliciter utere. Vale.

Scribebam Lipsiae, a. d. XXIII Septembris A. C. N. cIↃIↃCCL.

ADDITAMENTUM SEXTUM.

Friderici Platneri

oratio pro rabulis.

Ad pag. 15.

Tandem, Auditores, innocentiae defensio multorum improbitate interclusa respirat, tandem veritatis splendor ex animis vestris calumniarum nubeculas expellet! Favete itaque linguis, nec sponte me ad dicendum putate processisse, sed a majore vi, cui resistere temerarium fuisset, impulsum. Audite patienter, nam rem omnem nunc a principio narrabo.

Sub nuperi cujusdam diei vesperam, cum in museo meditarer, de quanam re potissimum ad vos hodie deferrem, subita me vox perterruit. Dum oculos ad eum locum dirigo, e quo ea exiisse videbatur, ecce! adstat anicula, quae stipem rogare velle videbatur. Id enim lacerum palliolum, laxi calcei, crines resoluti, facies rubicunda, et totius corporis squalor significare videbantur. Sed me tam impiae conjecturae statim poenituit, postquam me in sequentem modum allocuta est. „Noli, mortalis! gravari numinis praesentiam, audi, quae simus, et quid velimus, mandata deinde nostra universo humano generi refer.“ Ego vero, anicularis numinis poenas veritus, me paratum futurum ad exsequenda omnia, quaecunque jusserit, sine mora spopondi. Quo facto, sic exorsa est: „Nolo longius hominum in me meosque arrogantiam perferre, quae eo progressa est, ut nos e terrarum orbe tollere vellent et esse negarent. Sum enim e numinum sive mentium eo genere, cui alii Philosophi mediorum entium, spirituum tutelarium alii, nonnulli geniorum nomen imposuerunt. Nec tamen praeconibus nostris fides omnino habita est, atque propterea ipsa e regione nostra ad te profecta sum, quem volui praesens docere. Scito itaque in aethere numinum speciem regnare, inter angelos quidem et homines mediam, nec corpus habentem, nec eodem omnino destitutam. Utimur enim sola corporis quadam specie, quando

---

Frid. Platneri — rabulis.] Haec quoque Platneri nostri oratio ejusdem *Lanci saturae* (Altenb. 1758. 8.) pag. 29—50. inserta apparet. Quibuscunque vero ea perplacuerit, hos eleganti quoque colloquio illo delectatum iri speramus, quod de eadem fere materia in Klotzii libello lepidissimo, cui titulus: *Genius Saeculi*, (Altenburgi 1761. 8.) pag. 29—42. emunctae naris lectoribus facete omnino exhibetur. V.

a mortalibus oculis conspici volumus. Ceterum tutela quarumdam inter homines societatum nobis commissa est, et ad me *rabularum* patrocinium detulerunt. Hinc aegre fero, tam male a vobis clientes meos haberi, famamque et fidem, cum existimatione immeritis auferri. Haec omnia volo iis brevi restitui. Quod nisi nostra causa proxime factum esse sensero, durissimis poenis omne humanum genus coërcebo. Ne vero possitis conqueri, improvisos nec monitos ante poenas nostras oppressisse, ipsae te nostrae voluntatis certiorem factum descendi, ut ea cognita, alios quoque posses hortari. Quoniam vero orationem meditaris, commode ea occasione uti poteris, ad defendendos nostros clientes restituendamque iis famam injuria ablatam. Nec potes vereri, ne te tui ipsius defensionem suscepisse dicant. Quis enim eum rabulam putaverit, qui nullam unquam causam in foro oravit?"

His dictis sublimis abiit. Ego vero non credidi, me patrocinium a tanto numine mihi delatum detrectare posse, praesertim, cum nunc rabulas tam vehementer admirer, quam invidiose antea eosdem despiciebam: nec dicturus pro rabulis vereor, Auditores, ne in tanta, quae diluere debeo, criminum multitudine ac varietate, aut materia me orationis deficiat, aut mihi sine *pondere* verba cadant, sed potius genii potente auxilio suffultus, *ipso rabularum* spiritu animatus, sublevatus vestra audiendi patientia, criminum denique iniquitate accusatorumque arrogantia incensus, mihi, etsi cetera non diserto homini, hanc tamen orationem feliciter successuram esse spero, imo confido.

Enimvero, quoniam facile potui praevidere, difficilem futuram esse in tanta criminum multitudine singulorum enumerationem, magnopere elaboravi, ut ad fontium, e quibus ea ab accusatorum iniquitate hauriantur, tenuitatem redire eosque exsiccare possem. Atque accurate consideratis omnibus, quae meis vulgo obiiciuntur, credo ad triplicem malae fidei, inscitiae et impudentiae causam revocari ea omnia posse. Ne itaque vos audiendi magis taedio abrepti, quam accusatorum argumentis perducti, in iniquam sententiam discedatis, Auditores, brevitate meae orationis cavere et summa tantum multiplicis accusationis capita attingere constitui.

Sed, quid, quaeso vos Auditores, ipsi videte, quid magis ineptum excogitari potest, quam ea pars accusationis, quae a mala fide petitur? Quis in eo, qui vincere adversarium constituit, bonam fidem requiret? Vincit scilicet, utcunque potest, modo vincat: bella quoque omnia victoriae causa indicuntur: sic, ut judici lites committantur decernendae, spes quoque victoriae facit. Atque profecto, Auditores, nolite dubitare, iisdem legibus causas forenses regi, ad quas cetera bella exiguntur. Nam Naturam primis hominibus vim et arma ad corporum defensionem tradidisse, ac duorum pugnam bellum fuisse, constat. Sed postquam homines, vel securitatis, vel commoditatis causa, in societates coierunt, abhorrere quoque ab iis omnibus coeperunt, quae aditum discordiae aperire videbantur. Hinc eam armis pugnandi licentiam sponte deposuerunt, servantes sibi aliam belli per verba speciem, cujus exitus judicis sententia definiretur. Nec tamen hoc verborum bellum alias leges habet, quam quas et armorum pugnae, in quarum locum successit, recipiant; ac propterea ea omnia, quae jure belli permissa sunt et belli ducibus conceduntur, recte quoque in causis forensibus ab earum patronis sumi censendum est. Atqui, quis exercituum imperatoribus, aut urbium expugnatoribus, aut classibus praefectis fraudem unquam exprobravit, e qua ipsa sci-

mus ad eos providentiae laudem et fortitudinis gloriam esse delatam? Belli enim tempore Fidem de sede sua dejectam obmutescere, Fraudem contra imperare, omnes consentiunt. In omnium vero temporum historia, etsi ab ea stultissimorum hominum memoria eadem cura, quam sapientissimorum servetur, frustra unum tam ineptum hominem quaesiveritis, qui conatus sit, imperatorem eo nomine reprehendere, quod, ut ad insidias hostes perduceret, et eo modo facilius vinceret, fugam simulaverat, aut ad arcem capiendam perfidia eorum, qui eamdem defendere debuissent, usus erat. Quis unquam hoc bellico duci vitio vertere audeat, si in dolosum locum, cui pyrium pulverem supposuerat, invitatum hostem sublimem necaverit, induciarum pacto bellum protraxerit, et cunctando res suas restituerit? Quae omnia si facta sunt, quis est, quin recte facta esse existimet, et imperatores eo nomine laudare quam reprehendere malit? Videte itaque, Auditores, accusatorum iniquitatem, qui non erubescant in his invidiose reprehendere eadem, quae in aliis ejusdem fere generis hominibus, soleant vehementer laudare. Nullum est nisi hoc partium studium est. Num causarum patroni minus, quam exercituum imperatores, bellici duces habeantur? tantumne differat armis an verbis pugnetur, ut diversas utrique belli generi leges excogitare, et omnibus a Natura datam fraudis potestatem, aliis concedere, aliis adimere; debeamus? Cur vero causarum patronis negare eandem facultatem velitis, quam ceteris imperatoribus tam liberaliter tribuitis? Quoniam, aitis, causae forenses in pace aguntur, quae fraudis perfidiam non patitur. Subtilem profecto et acutam orationem! Igitur non vultis recordari, si extra societatem vagari homines quam in coetus coire maluissent, duos, ob levissimam causam bella gesturos vi et armis fuisse, cum nemo aut potestate aut dignitate superior affuisset, qui interponere iudicium suum potuisset? An vero mansuetiores facti homines omnem facultatem belli jure tributam abjecerunt, nihil praeter veritatis simplicem facultatem integram sibi servantes? Et quid differt, verbis an armis pugnetur, fortunae aleae an judicis sententiae exitus permittatur? In truculentis istis proeliis vincit, qui viribus et pugnandi arte superior est, in lite forensi, qui callide rem suam defendere, multos testes antestari, multa instrumenta judici offerre potest. Utriusque belli exitus anceps et dubius est. Paria quoque utriusque pericula. Quis itaque aegre feret, si uterque quoque simili providentia rebus sibi commissis provideat, pari sollertia hosti damna afferre studeat? Et Imperator quidem homines ad nomina in delectu danda, blanditiis, minis, pecunia, vi denique perducere conatur, hostes itinerum molestia conficit, fraudibus decipit, fidemque eorum largitionibus tentat, inducias, si potest, in utilitatem suorum paciscitur, pacis spem saepe frustra commovet, et quam diutissime, ut hostem ad inopiam redigat, bellum studet protrahere, sin ipse adhuc opibus abundet. Atque contra ea omnia nihil dicitis: itaque nihil est, quod in his omnibus reprehendi possit. Nolite tamen existimare, majora crimina nostros clientes commisisse.

Id vero tam acerbe exprobratum iis est, quod in bellica causa, duces forensium causarum, imperatorum exempla secuti sunt, testes scilicet sollicitant, et, pro utilitate clientum, vel ad testimonium perducunt, vel ab eodem alienant, adversarios autem lites protrahendo ad tantam inopiam redigunt, ut sufficere longius sumtibus nequeant, et antequam victi sint, fugere cogantur. Inaudita vero scelera nec mulcta tantum, sed sanguine expianda! Sed con-

vertite ultrices gladios etiam adversus eos imperatores, qui arces, quas vis nulla potuisset ad deditionem cogere, famis desperatione ceperunt. Cur vero cessatis? condonatis scilicet ea omnia, quoniam a necessitatis serveritate regebantur, et aliter non poterant vincere, nisi ita vicissent. Itaque vos ipsi absolvistis rabulas. Quid verbis meis apud eos, ad deprecationem criminis opus est, qui sponte professi sunt, victoriam a sola opportunitate dari, nullisque legibus adstrictam esse?

Sed alio crimine urgetis innocentes et nihil tale meritos homines, quod iis tanto plus invidiae affert, quanto majus periculum imminere publicae securitati clamitetis. Leges omnes everti, poenarum minas evanescere, sceleribus et flagitiis aditum patefactum videri a rabulis, aitis; quo modo vero? Defendunt enim meritos a suppliciorum atrocitate, efficiuntque calumniis, ut homicidia et adulteria et furta impunita perpetrentur. Miror impudentiam vestram, accusatores, qui quod laudem merebatur, in innocentiae opprobrium tam artificiose convertitis. Igitur inauditi condemnandi sunt, qui in molestam flagitiorum suspicionem forte immeriti inciderunt! Itane falsi et inepti doctores sint, qui centum *potius* scelestissimos homines a meritis poenis liberandos, quam *unum* nil tale meritum, suppliciorum injuria opprimendum esse, *praecipiant*! Mergi itaque potius in suspicionum et quaestionum turbines delapsos, quam extrahi et servari vultis! Obdurate igitur aures vestras omnes, qui nominis honestatem integram retinere cupitis, ejurate humanitatem et miserationem, molestae hae vobis virtutes futurae sunt, imo exitiales! Nam quid aliud obiicitur meis, quam eos nimis humanos fuisse, et miseratione eos prosecutos esse, quos aliorum crudelitas durissimis suppliciis destinaverat? Qui enim putantur criminum culpam contraxisse, aut confitentur mala facta, aut negant. Illos frustra defendes, nisi ipsae leges, aetati vel furori indulgeant, aut judices precibus expugnentur, hos indefensos condemnare nemo potest. Si quis vero cogitet, quam magnum sit, de vita hominis statuere, quam falsae suspiciones etiam adversus optime de republica meritos cives commotae fuerint, is sane laudandos et praemiis excitandos potius rabulas, quam accusandos existimaverit, quod summa cura ac diligentia studeant cavere, ne puniantur ii, de quibus non constat an malefactis poenas meruerint. Enimvero fraudibus eam in rem utuntur. Atque hoc vobis tantopere displicet. Sed quis fraude non utitur? Et nonne magis humanum est, fraudibus uti ad servandos homines, quam ad augendam rem familiarem nominisque famam?

Sed audio vos, accusatores, novo clamore verborum ambiguitatem exprobrare rabulis, qua in contractibus, testamentis ceterisque negotiis, quibus adhibeantur, eo consilio utantur, ut capere incautos, et lites creare in utilitatem suam possint. Enimvero ea providentia, quae a claris et perspicuis verbis abstinere et iis *uti* jubet, quae interpretationis nostrae salubritate torqueri ita possint, ut sine poenae damnive metu, nos subducere promissorum servandorum officio, alterum vero quocum pacti sumus, ad praestanda, quae nobis commoda futura sunt, invitum quoque adigere queamus; ea, inquam, providentia e publicarum rerum usu petita est, ac magnam in se prudentiae et utilitatis commendationem habet. Libertatis hoc studium est, quod omnibus a Natura hominibus inditum est. Non enim frustra orationis tanta inconstantia delectantur, sed, quod in ea ad libertatem tuendam firmum praesidium

invenisse merito arbitrantur. Is enim, qui claris et perspicuis verbis promittit, eam sibi imponit necessitatem, ut deinde velit nolitve, ad praestanda promissa queat adigi. Perdidit igitur libertatem, quae in ea faciendi et non faciendi, quae velis, facultate sita est. Quam si verborum quodam artificio laudabili servare clientibus suis studeant, in quo peccare videantur. Hoccine tam turpe facinus reputetur, si quis e servitute proclamantem in libertatem vindicaverit?

Sed porro accusatis eosdem, quod juris jurandi sanctitatem et ipsi contemnant, et clientes ad perjuria compellant. Nec diffiteor, Auditores, me primo, quid huic calumniae reponerem, ignarum haesisse, sed ab illa turpissima oratori obmutescendi necessitate rabularum dominae et patronae providentia me liberavit. Quae iterum ad me venit meque sic allocuta est: „Itane credis in tanta litterarum luce aliquem futurum, qui Theologorum de jurisjurandi violati religione ac poenis somnia metuat, aut periurii reverentia moveatur? Mitte potius hanc totam partem accusationis, quae solius plebis superstitioni debetur et sine auctore fertur. Nam profecto, quanto quis magis velit politus haberi et elegans, tanto minorem rerum divinarum curam prae se ferre debet. Propter hos seculi mores, noli clientibus tuis ab hoc crimine timere: nihil eodem accusatores proficient, nisi ut ipsi superstitionis nomine ridiculi videantur.“ Obsequar ergo rabularum patronae, nec verbum unum ad defensionem clientum addam.

Nunc vero, bone Cicero! paucis te volo. Ascende igitur e Plutoniis regnis, nam voco te in jus, vos omnes Auditores antestor, atque te ire oportet. Nam tu profecto primus, discendi quamdam festinationem clientibus meis exprobrasti, iisque, quod *cruda studia* in forum propellerent, rabularum invidiosum nomen *indidisti*. Sed liberatus esto, propter temporum tuorum stuporem et rusticitatem, quibus forte magis, quam tibi, tam incivile edictum debetur. Vos vero tam anicularis superstitionis pudeat, qui nostro, id est elegantissimo, seculo, tam insulsam fatuamque crambem recoquitis. Nunquam igitur resipiscere velitis, postquam scholastici quidam, id est turgidi et vani homines, vos institutione sua ad stultissimam antiquitatis admirationem, rerumque nostrarum contemtum, perduxerunt. Veterum igitur circuitiones et ambages magis vobis probantur, quam tutissimum brevissimumque ad gloriam iter nostrorum. Ante duo fere seculorum millia eum homines imbiberant errorem, ut discendi neque finem per totam vitam dari, aut artis unius doctrinam sine omnium litterarum societate contingere arbitrarentur. Quo errore cum deceptus esset, Quinctilianus Rhetor ubi, qualis esse futurus orator debeat, docet, non hominis mortale ingenium, sed numinis divinam mentem descripsisse videtur. Eloquentia vero et Iurisprudentia nominibus tantum usque ad ea tempora diversae fuerunt, quibus, translatis e sole in umbram judiciis, jureconsulti ad medicorum similitudinem obmutuerunt. Quis vero non videt, disciplinam ejus generis hominum, quibus Quinctilianus annumerandus est, ad ostentationem, neutiquam vero ad usum, comparatam esse? Atque hujus quidem levissimae gloriolae contemtus, tam atrox crimen habeatur, propter quod humanitatis miserationisque voce advocati ad res gerendas causasque orandas properantes, rabulae tam invidiosis accusationibus vexandi sint? Sed sunt eae sine dubio profectae ab iis, qui omnibus artis praeceptis et legibus imbuti, non potuerunt eo pervenire, ut exercere faciendo eamdem possent. Tales

deinde maximopere gravantur, quando videant, eos, qui nunquam eruditionem suam jactarent, res facilius perficere, quas ipsi omni sua eruditione non possent. Ut igitur, et suae impotentiae excusationem invenire, et simul obruere maledictis eos possent, facilius, a quibus se superari non sine dolore sentiant, hos temerarios vocant, qui se sine doctrina ad faciendum contulissent. Sed quis tam hebes est, quin hoc opprobrium magis ab invidia inventum, quam veritatis amore dictum aut repetitum videat? In artibus enim plerisque ita solet accidere, ut alii earum scientia extumescant, alii exercitatione earumdem prosint, in paucis scientia et facta conjungantur. Non enim semper Rhetores bonos, id est eloquentiae praeceptis et legibus familiarissimos, probabiles quoque oratores esse, ita notum est, Auditores, ut commemoratione opus esse non putem. Manifestum quoque est, a Philosophiae et praesertim Ethicae legibus de vita regenda, rei familiaris cura, morum sanctitate et similibus rebus fere plerumque quam maxime recedere, qui professione sua velint philosophi haberi. Videtis itaque, Auditores, hoc jurisprudentiae, cum omnibus reliquis artibus commune esse, ut alii ejus scientia delectentur, alii contra eam faciendo illustrent. Hinc nescio, quid accusatores possit ad eam iniquitatem compellere, ut id, quod in aliis artibus *sine injuria* sciant fieri, in jurisprudentia nolint admittere. Nam profecto, nisi vehementer fallor, duplex iter ad omnes artes patet, alterum longum, asperum, et molestum, quod per praecepta et disciplinam eorum, qui doctores cujusque artis sunt, ineatur, alterum breve, facile, et jucundum, quod sine comite ipse experiundo possis suscipere. Illud per ambages ducit, hoc recta procedit, illud ad laudis vanitatem, hoc ad utilitatem reipublicae tendit.

Sed restat tertia pars accusationis, quae impudentiae crimine nostros premit. Aitis truculentiam et arrogantiam in vultibus nostrorum expressam videri: clamore eosdem judicum aures obtundere: verbis minime honestis uti. Enimvero, Auditores, vereor, ne risum vobis moveant tam acres morum censores, qui impudentiam ferre non possunt. Nam nostis profecto, cuique hominum generi proprios mores esse, ad quos se statim debeat componere, quicunque agnosci ab aliis quoque velit. Sic quando quis fidelium gregis pastor constitutus est, statim eum videas omni opere elaborare, ut toto corpore pius et humanus videatur. Sit vehemens, iracundus, turgidus, frivolus: parum curabit, si modo hoc unum consecutus sit, ut, qui eum in publico procedentem viderint, putent humanissimum, liberalissimum et maxime aequabilem virum videre. Medici, acceptis summis honoribus artis salutaris, statim plateas incipiunt percursitare, etsi nemo sit, qui vitam suam eorum experientiae devoverit. Judices volunt severitatem vultu et oculis prodere. Philosophi imitantur risum Democriti et rerum humanarum contemtum. Mathematici semper tenebricosi incedunt, milites jurant et clamant, ut fortes videantur, quamvis hostium aspectu trepident.

Num igitur pluribus exemplis opus sit, ut vobis persuadeatis, mores artificum et ipsas artes eodem modo differre? Quod si verum est, quid reprehenditis rabulas, qui sub signis Themidis militantes militares mores, militarem orationem, militarem habitum imitantur? Num aliter possunt aut debent?

Videtis itaque, Auditores, qualia sint crimina, quorum causa rabulae exules in ipsa patria et extorres vivere debuerunt, quorum causa condemnati, spreti et infamia notati fuerunt, quorum

causa ludibrio plebis expositi et ab omnibus vitae commoditatibus exclusi fuerunt. Eane tanta sint, ut hac poenarum atrocitate ad ea coercenda opus esset? Video vos mea oratione liquefactos esse, auditores, et lacrimas ex oculis vestris tanquam gratissimos victoriae meae praecones prodire. Hoc signo vestram humanitatem agnosco, his humanissimis lacrimis reos meos absolvitis.

ADDITAMENTUM SEPTIMUM.

Joh. Aug. Ernestii

judicium

de iis rationibus, secundum quas res philosophicae hodie quoque sermone pure latino pertractari possint.

Ad pag. 19.

Libris illis vulgaribus, philosophiae praecepta pertractantibus hoc plerumque commune est, quod aut vernaculo sermone conscripti sunt, aut a puritate et elegantia latini sermonis nimium recedunt, cujus inprimis studiosa esse puerilis aetas debet: ut periculum sit, ne impuri ejusmodi, et paene barbari libelli in scholas recepti, corrumpant quicquid ea ex priscis latini sermonis auctoribus recte didicit et traxit.

Hoc itaque nobis, haec solidioris doctrinae initia scribentibus, propositum fuit, ut tantum traderemus, quantum esset ad animos juveniles Academicae doctrinae praeparandos satis; ut eam scribendi rationem adhiberemus, quae puritatem, quantum fieri posset, servaret, et paulo propius ad veterum Latinorum rationem disserendi accederet, qui de rebus philosophicis scripserunt.

Equidem video, saepe esse multumque de latini sermonis pretio disputatum, cum quidam viderentur nimis eum extenuare, ac prae vernaculi sermonis studio contemnere, alii autem ita extollere, ut patriam linguam deprimerent, omnesque eos tantum non barbaros et truncos judicarent, qui non essent latine doctissimi, aut patriae etiam linguae aliquid studii tribuendum putarent.

Quorum quidem neutrum mirabile accidit. Nam, cum per se facile sit, quod non habeas, contemnere: tum vero hoc etiam est humani ingenii vitium, quod sua tantum magni quisque facit et extollit, cetera levia et vilia putat. Sed quam sint, qui ita agant, iniqui, facile intelligi potest. Latinae et patriae linguae suum pretium est: sed suo cuique loco. Patria lingua quin sit ad vitam communem utilior, commoditatesque afferat, quacunque alia, majores, eamque ob causam suus cuique nationi sermo debeat esse carissimus, nemo potest recte dubitare. Addo etiam hoc, si quis velit civibus suis quibuscunque prodesse, ut ad omnes rei-

---

* *Joh. Aug. Ernestii — tractari possint.*] Acuta haecce rei perperam vulgo neglectae disquisitio *initiorum doctrinae solidioris* praefationi primae a. 1736. scriptae pag. XIV seqq. scite omnino ab Ernestio nostro injuncta est; e qua huc eandem ideo potissimum transtulimus, quoniam pro consueto nostri temporis more librorum diu jamjam vulgatorum praefationes ne ii quidem soleant perlustrare, qui accurati sane contextus ipsius lectores appareant.
V.

publicae obdinet, et utrumque sexum, ex scriptis suis aliqua utilitas redundet; ei necessario esse patrium sermonem adhibendum: neque vitio verti his vernaculae linguae usum posse, qui suis tantum civibus scribant: nisi vero quis etiam Graecis et Latinis vitio dare velit, quod suo potius sermone, quam peregrino, sint in hoc genere usi. Latinae autem linguae summam esse utilitatem, neminemque eam hodie posse ignorare, qui verae eruditionis studiosus esse velit, id vero neminem quemquam serio negare, aut dubitare arbitror: ut fortasse cum umbris et larvis pugnent, qui contra ejus contemtores declamant, et hoc tantum agant, ut stultis et imperitis hominibus magnam eruditionis latinae opinionem de se injiciant, magnique humaniorum literarum vindices et statores videantur: cum ipsi fortasse nihil neque pedestri oratione, neque ligata, scribere possint, in quo quicquam sani coloris insit, aut quod ad veterum elegantiam aliqua ratione accedat. In hujus autem generis libris adhibendam eam linguam esse, qui exteris etiam nationibus scribantur, vel prodesse iis certe possint, aut quorum argumentum ejusmodi est, ut a nemine neque legantur, neque legi possint, nisi qui inter eruditos nomen profiteatur suum, facile omnes concedent: nisi quis forte confidat, libris quibuscunque, inprimisque hujus posterioris generis, vernaculo sermone scribendis, effici posse, ut exterae nationes, vel invitae, ei discendae operam dare instituant. Sed ut taceam, eam opinionem vanitatis cujusdam notam effugere minime posse: qui ita sperant futurum, minime mihi videntur intelligere, aut satis unquam cogitasse, quae res maxime effecerint, ut linguae quaedam latius aliis paterent, ac patriae fines migrarent; quod, ut olim graecae, et deinde latinae, ita hodie francicae contigisse constat. Libri certe Romanorum et Francogallorum nunquam eo valuissent, nisi armorum bellorumque vis, atque multa alia praeterea, quae hic commemorare non est necesse, ad librorum praestantiam accessissent. Neque vero lingua graeca tot terras olim pervasisset, nisi tot ex Graecia coloniae essent in varias orbis partes dimissae, et graeca gens una fuisset, quae artes fere omnes invenisset, et ita excoluisset, ut per eam ad summam perfectionem absolutionemque pervenisse viderentur, eoque factum esset, ut omnis sapientia ab iis petenda videretur.

Neque tamen haec eo valent, ullam ut necessitatem cuiquam afferant: praesertim, si quis non sit in utraque lingua eam scribendi facultatem consecutus, ut probabilis esse scriptor possit. Est enim consentaneum, eo quemque sermone in libris scribendis uti, in quo maxime valet. Neminem autem fore tam ineptum latinae linguae admiratorem putem, quin malit librum patrio sermone, sed recte et eleganter scriptum, legere, quam qui latine quidem sit, sed barbare, aut ita scriptus, ut ab antiqua et vera elegantia abhorreat. Atque etiam libri hujus generis saepe plus auctorum famae nocent, quam prosunt. Christiani Thomasii libri, qui patrio sunt sermone scripti, quoniam quandam vernaculam elegantiam habent, constat inter omnes, quam cupide sint a nostris, quam libenter lecti. Latini autem, quia germanicorum suavitatem non assequuntur, sed impure sunt barbareque scripti, neque apud Germanos, neque apud exteros, ut opinor, multos lectores, aut magnam laudem, invenerunt: nunc autem, mortuo auctore, etiam apud nos absolverunt, neque lectores facile inveniunt. Neque dubito, quin idem fatum habituri sint hi, qui post illum apud nos tales de Philosophia libri latini prodierunt. Docet enim hoc

omnium seculorum perpetua consuetudo, eos tantum de Philosophia libros, qui essent polite ornateque scripti, ab omni genere doctorum hominum lectos, et immortalitatem adeptos esse, cum delectatione quadam omnium lectioni commendarentur; eos autem, qui nullam orationis commendationem haberent, ab unius tantum sectae hominibus lectos esse, et brevi tempore in contemtum venisse, omninoque cum auctoribus paullatim interiisse. Ciceronis quidem aetate, ut in Tusculana secunda c. 3. tradit, Plato reliquique Socratici, et deinceps ii, qui ab his profecti erant, legebantur ab omnibus, etiam iis, qui nec eorum placita probarent, nec Philosophiam studiose consectarentur: Epicurum autem, Metrodorum, et iis similes, nemo fere, praeter suos, in manus sumebat. Neque quisquam nescit, quid Philosophorum eorum libris acciderit, qui superioribus seculis parum eleganter scripsere.

Sed bene esset, si ea res libris tantum et auctoribus obesset, non ipsi eorum argumento noceret. Nam ex eo, credo, quibusdam, inprimis ingeniosis, ex iis, qui humaniorum literarum elegantia et suavitate ducuntur, usu venire, ut a Philosophia videantur abhorrere, quia inciderunt in libros incultos quosdam et horridos, de rebus difficilibus et reconditis male horrideque scriptos. Quod si enim per se Philosophiae odio tenentur, quae est quorundam opinio, quomodo fit, ut iidem Ciceronis φιλοσοφούμενα, Senecam, aliosque veteres ejus generis libros, libenter legant? Quare, quemadmodum, si incultos quosdam Theologorum libros spernas, tamen Erasmum, Melanchthonem, Calvinum, Petavium, Wernsdorfium, Buddeum libenter legas: si Bartolum et Baldum abhorreas, Balduino, Cujacio, Donello, Gravina, delectere: et si alios medicos aversere, Fracastorium tamen, Fernelium, Bergerum, Platnerum, et qui sunt his similes, in deliciis habeas: ita non dubito, quin, qui Philosophiae et Matheseos contemtores esse videantur, libenter sint libros, eleganter de utraque scriptos lecturi: ut non disciplinarum sed scriptorum fastidium debeat videri, quod Philosophiae et Matheseos quidam contemtum interpretantur.

Atque ego non ignoro, permultos esse, qui negent, hoc aut necessarium putandum, aut a Philosopho, omninoque a discipli-

---

Sed bene esset — contemtum interpretantur.] Licebit omnino mihi, nativam horum verborum veritatem juste perpendenti, ea huc transferre, quae Dan. Wyttenbachius, ingenuus ille humaniorum litterarum propugnator, in praef. ad *Praecepta philosophiae logicae*, pag. XIV. edit. novissimae, curante Maasio Halae 1820. 8. publice iterum propositae, eadem intentione ita quidem pronunciavit: „In oratione spectavi Latinitatem et perspicuitatem, quae ipsae quodammodo sua natura inter se conjunctae sunt. Nam qui bonam sequuntur Latinitatem, facile se invicem intelligunt omnes; quippe una est ejus vox, unus omnibus, qui in antiquis non sunt hospites, cognitus sonus. Contra prava Latinitas, ut ne Latinitas quidem est, ita tot habet formas, quot sunt hominum semilatinorum capita. Ut enim eorum quisque alia gente ac lingua natus est, ita, patrii sermonis consuetudine deceptus, suam sibi fabricatur Latinitatem, suas voces ac dictiones, quas alii homines non magis intelligant, quam voces dictionesque prorsus novas et inauditas. Fac, te haerere in loco quodam libri bene Latine scripti: causa est in tua ignorantia, et praesto sunt subsidia intelligentiae. Fac vero etiam, te haerere in loco libri male Latine scripti: Scriptoris haec est culpa, neque praesto sunt intelligentiae subsidia. Quid enim? Vertendus est locus in linguam Scriptoris patriam: tum in linguam sectae, cui addictus est: denique in propriam ejus linguam, quam sua ipse consuetudine contraxit: ut ejus sententiam non facile assequaris, nisi ab ipso, veluti hierophante, ejusdem barbariei mysteriis initiatus fueris.“ V.

narum majorum magistris, postulandum, ut cum subtilitate cogitandi elegantiam orationis conjungant: propterea, quod in iis generibus doctrinae una veritas spectetur, eaque a verborum elegantia sejuncta esse possit. In quo etiam abutuntur Ciceronis auctoritate, qui se dicat eloquentiam in Philosopho non magnopere desiderare. Fatetur sane Cicero, posse hoc fieri, non ut aliquis recte sentiat, neque tamen recte cogitata polite eleganterque eloqui possit. Sed idem ille in prima Tusculana, jubet eum a scribendo abstinere, et, qui cogitationes suas literis mandet, nec delectatione aliqua allicere lectorem possit, eum intemperanter abuti otio et literis, putat. Neque ego dubitem subscribere sententiae Facciolati, elegantissimi doctissimique Viri, qui elegantiam orationis et cogitationem adeo arcto vinculo putat conjunctam, ut neutra esse sine altera possit, illaque neglecta haec quoque necessario pereat. Nam si quis omnium seculorum percurrat memoriam, inde ab inventae Philosophiae temporibus repetens: inveniat profecto, elegantiam cogitandi cum elegantia disserendi ac scribendi et exstitisse, et crevisse et periisse. Sed hanc disputationem in aliud tempus differemus.

Cogitanti autem mihi, quae res maxime faciat, ut, cum *sint*, qui de rebus aliis, de jure inprimis, et historia, probabiliter *scribant*, tamen, qui sint, nostris inprimis temporibus, de Philosophia et Mathesi latine scripti libri, veterum rationem, in scribendi genere, adeo deserant, visa est omnis fere causa ex scholis arcessenda esse. Nam, si quis velit pueritiae repetere memoriam, et, quos veterum libros interpretati sint, quos nactus erat, magistri, quos legendos proposuerint, recordari: reperiet, eos sibi propositos, et a se lectos esse, qui parum, aut nihil adjumenti ad bene et polite de rebus philosophicis et mathematicis scribendum adferre possent. Quid enim, aut quantum, de mente humana, de ratiocinationis legibus, de Deo, de virtute et vitio, de rerum natura, de numeris et figuris, eleganter scripturos juvare potest, Phaedrum, Terentium, Nepotem, Caesarem, Sallustium, Livium, Virgilium, Ovidium, Ciceronisque Epistolas et Orationes aliquot legisse? quod quidem etiam Grammaticorum Criticorumque multorum exempla declarant, qui, cum de rebus grammaticis, criticis, historicis, eleganter scribant, de rebus philosophicis, aut mathematicis scribentes, nihil, quod placere possit, afferunt: id quod ex eo tempore invaluisse arbitror, quo hujus generis homi-

---

Neque ego — necessario pereat.] Ancipites profecto haeremus de iis Facciolati verbis efferendis, ad quae Ernestius noster distincte hic respexerit: e specioso tamen multorum locorum simile quidquam redolentium numero duo potissimum hanc in partem commemorandi nobis videntur, in ipso *Orationum* illius volumine supra jam laudato, eoque Lipsiae 1725. 8. inter nostrates vulgato, conspicui: quorum alter in oratione praestantissima, cui inscribitur: „Pueris ad latinam eloquentiam informandis nocet librorum copia" pag. 25. ita apparet: „Sit oratio sublimis et exaggerata, sit vera, sit gravis, sit callida, sit verborum ac sententiarum floribus refertissima: si caret perspicuitate, quae prima est dicendi virtus, nec in animos hominum penetrabit, nec artificio capiet, nec rationibus vincet, nec affectibus permovebit": alter vero in oratione, cui titulus: „Praecipua Rhetoris cura debet esse verborum" pag. 55. hoc tenore conceptus legitur: „Si vitiosum est, suaviter et numerose dicere, amandetur hinc Cicero, cujus orationes aliquae suavissimae totae sunt, ac paene Isocraticae, ceterae variae magnaque sui parte ad delectationem compositae. Cicero autem? Amandetur eloquentia ipsa, quae, nisi splendida est, nisi comta, nisi elegans, nisi numeris perfecta et conclusa, eloquentia non est, sed incondita quaedam et ingrata loquendi profluentia." V.

nes quidam coeperunt ab arte sua Philosophiam et Mathesin sejungere, et omne studium suum ad Poëtas, Oratores Historicosque, neglectis de Philosophia et Mathesi veterum libris, conferre. Itaque melius haud dubie isti aetati ad hanc facultatem consulerent scholarum magistri, si praeter eos, quos diximus, inprimis philosophicos Ciceronis libros, item Columellam, et Plinium majorem, aut delectos ex iis locos insigniores, explicarent, ad legendumque proponerent. Itaque etiam hoc nomine Cel. Gesneri et Heusingeri labores, quos ille Chrestomathiae Ciceronianae ac Plinianae conficiendae, hic autem seligendis veterum locis, de rebus ad Theologiam naturalem et doctrinam morum pertinentibus, impendit, grati esse et jucundi debent iis, qui aut ipsi ad hanc polite disserendi facultatem adspirant, aut ad eam alios cupiunt adducere.

Nam quod nonnulli existimant, eos libros, qui in Philosophiae aliqua parte versentur, non esse accommodatos isti aetati, neque ab ea intelligi posse; id vereor, ut satis intelligentibus judicibus probent. Ego quidem fateor, me nunquam ne hoc quidem intelligere potuisse, quomodo alicui venerit in mentem, ut libros eos, qui de officiis, de amicitia, de senectute, de immortalitate animi, de virtute, perturbationibus animi, de natura divina, similibusve argumentis exponerent, obscuriores ad intelligendum, aut difficiliores ad explicandum putaret, epistolis Ciceronis, in quarum permultis de rebus publicis, ex intima Civitatis Romanae descriptione ac disciplina, et historia illorum temporum, scriptum est: cum illa quidem sint ex eo genere, quod juvenili aetati non inauditum est, neque omnino incognitum; haec autem longe ejus captum superent, aut saltem interpretem desiderent longe doctissimum; cujus generis pauci reperiuntur. Et tamen nulla schola est, in qua quidem latina tractentur, cujus magistri non epistolas Ciceronis inprimis puerili aetati satis mature proponant.

Neque tamen hanc unam esse puto causam, quae faciat, ut paucissimi de rebus ad Philosophiam et Mathesin pertinentibus polite possint scribere, disserendique elegantia probentur. Si enim, aut qui has disciplinas profitentur, possent de suis artibus latine commodeque dicere, aut ii, qui discentium studiis proponuntur, libri latini, essent non modo a barbarismorum sordibus puri, sed etiam ad universam veterum disserendi exactam formam facti et compositi: non dubito, quin ex ea et auditione, et lectione, veluti contagione quadam, multi facultatem bene de his rebus scribendi essent tracturi. Cum enim, qui nunc, ut hoc utar, Philosophiae Wolfii, V. C. operam dant, ad unum fere omnes, non assequantur modo, sed plerumque etiam superent ejus latine scribendi genus: cur non spes sit, quamquam facilior est vitiorum, quam virtutum imitatio, tamen idem in Mathematicorum et Philosophorum eleganter scribentium ac disserentium discipulis eventurum? Nunc autem cum apud nos germanica lingua omnes paene Philosophorum et Mathematicorum scholas obtineat, et, qui elementa Philosophiae et Matheseos tradunt, libelli plerique sint ab hominibus latinae linguae imperitis, et puritatis elegantiaeque minime studiosis, scripti, quid mirum est, si nemo fere de his rebus ita scribit et dicit, ut veteris elegantiae latinae vestigia appareant?

ADDITAMENTUM OCTAVUM.

Chr. Ad. Klotzii

prolusio

de inimica theologorum quorundam in studiis liberalibus dijudicandis acerbitate.

Ad pag. 22.

Dicendum nobis fuit aliquoties de inhumano quorundam ingenio, qui, licet eam disciplinam profiteantur, cujus auctor et magister perfectissimum fuit mansuetudinis exemplum, cujusque suprema lege amor erga alios praecipitur, neminem tamen patiantur de quibusdam suae doctrinae capitibus aliter existimare, maledictis insectentur, probris omnibus vexent, invisos reddere studeant magistratui, nec tolerandos esse doceant, sed proscribendos ejiciendosque e civitate, immo, si fieri possit, infra mortuos amandandos, a quibus de veritate dissentiant, omnes. Quomodo enim non defenderemus auream cogitandi, dicendique libertatem, quam Deus nobis largitur, qua nihil ingenuo hominis animo dulcius, quamque toties omni studio exstinguere voluisse quosdam vidimus? Quis non horum conatibus obviam eat? quis non humani generis jura tueatur? aut potius quis non omnibus precibus ab illis petat, ut recordentur, nihil veritatis Christianae doctorem miti et placido ingenio magis decere, nec laude modestiae atque humanitatis ullam aliam praeclarius sacerdotis nomen et personam ornare?

Fuit profecto inde a Constantini temporibus infelicissimis dissidiis semper adflicta et turbata misere res Christianorum, neque in ulla alia regione tot bella civilia arsisse constat, quot ob sententiarum dissimilitudinem in Christianorum regnis gesta sunt *). Sed exstinctus nuper videbatur, in Germania certe, ille animorum ardor, tristissimis odii atque crudelitatis exemplis terribilis, cum principum sapientia, quorum aures querelis et sermonibus seditiosis non amplius patent, tum, qua ignorantiae et superstitionis tenebrae facillime dissipantur, litterarum luce. Pristinus iracundiae aestus deferbuisse, jamque aetas omnia, jam ista dies mitigasse videbatur. Quid? quod non procul abesse boni viri laetabantur tranquillum illud ac beatum tempus, quod distractos nimium diu animos in pristinam concordiam reducturum esse sperabant. Sed extenuari spem nostram et prope evanescere videmus. Nescio enim, quo pacto inclusi aliquamdiu in venis ac visceribus reip. mali maturitas nunc omni vi erumpere gestiat. Quocunque oculos circumfero, minas, clamores, exsecrationes audio, nec paucas urbes et scholas tumultu fremere intelligo. Cum olim Nilus inundaret tardius agros, causam Aegyptii, qui rei frumentariae timebant, ab edicto Theodosii repetebant, quo

---

Chr. Ad. Klotzii — dijudicandis acerbitate.] Haec ipsa prolusio, praefationis loco *Actorum literariorum* a Klotzio nostro editorum tertio volumini, a. 1766. 8. divulgato, praemissa, eo dignior nobis visa est, quae hominum liberaliorum judicio iterum commendetur, quo minor eorum numerus apparuit, qui ex limpidissimo Actorum illorum literariorum fonte hodienum quoque delectationem item atque institutionem petere non dedignentur. V.

*) v. Lettres Persannes, T. I. lettr. 22.

fluvio sacrificia anniversaria reddere prohibebantur *). Superstitio enim, rebus inanibus addicta eorum animos oppresserat. Hac vero aetate, qua sapientiae studiis major honor habetur, qua Philosophia hominum animos acuisse dicitur, quis credat, Russavium furore vulgi ideo expulsum fuisse, quia messis avaris votis non responderat? Nolo de iis regionibus aliquid dicere, in quibus superstitionis perpetua comes, crudelitas, ferro et flammis armata, jam multos annos bacchata est. Quid vero de te judicem, o mea Germania, quae eadem alacritate, qua olim turpe servitutis Romanae jugum excussisti, illud nunc filiorum cervicibus imponere conaris? Nonne durissima est in quibusdam provinciis eorum conditio, qui aliter sentiant, ac magnus ille numerus, qui se ibi regnare arbitratur? nonne severis legibus constricta est libertas illorum, qui non nomine, non doctrina, sed sententiis tantummodo paucis, a reliquis distant? Quid denique aut scribunt multi aut loquuntur aliud, quam ut omnes, qui se in verba majorum jurare negent, quique non ideo omnes doctrinae sententias sibi probandas esse fateantur, quia patrum nostrorum suffragiis eas confirmatas esse videamus, magno ardore et clamore refutent, ignominiosis appellationibus lacerent, nihilque, quod eorum opiniones in summam invidiam adducat, omittant? Nullum enim crimen facilius haeret, tutius dicendo augeri potest, acerbius odium excitat, rabiemque majorem vulgi animis iniicit, quam quod ad religionem pertinere videtur. Samosatenses aquis calidis, quibus Eunomius, Arianus, usus erat, lavari noluerunt, et cum pueri pila se exercerent, eaque per pedes asini, cui Lucius, qui etiam Ario favere dicebatur, insidebat, forte volveretur, accenso rogo, eam per flammam trajecerunt atque purgarunt **). Quid enim plebs aut lubentius credit, aut defendit pertinacius, quam quod a sacerdotibus audivit?

Quae quidem cum ita sint, non ego sum ille ferreus, qui aliorum moerore non movear, aut qui non lacrimis prosequar amicorum quorundam sortem, quibus summas molestias veritatis inveniendae et tradendae studium attulisse videtur. Quoties igitur res tulit, tenui, quae offerebat se, nec omisi occasionem, pacem et concordiam suadendi, vituperandique, quod unice quibusdam intellexeram placere, genus disputandi vehemens et fervidum. Latuit fortasse idem sensus in compluribus aliis, quomodo enim credam, omnes ab humanitate descivisse ad feritatem? Sed ego aperte hunc dolorem tuli, quodque cum aliis animo sentiebam, id magis, quam reliqui, vultu et lingua promtum habui. Ne vero idem mihi saepius dicendum esset, summam feci harum cogitationum, meamque de minuendis, aut si fieri possit, tollendis inimicitiis, ex opinionum dissimilitudine ortis, sententiam exponere constitui. Facile quidem praevideo, fore non paucos, quibus mea oratio parum probetur, quorumque calumniam ea minime effugiat. Sed conscientia optimae mentis et rectae voluntatis sustentatus omnem invidiae tempestatem paratissimo animo subibo. Ita enim mihi, quae opto et volo, semper feliciter contingant, ut ego nulla alia causa, quam singulari quadam humanitate, libertatis amore et misericordia commotus, hanc disputationem ingredior!

Jam primum silentio praeteribo immanitatem eorum, qui omnes, in quibus non easdem de divinis rebus, aut potius de

*) v. Sozomen. H. E. L. 7. c. 20.
**) Theodoret. H. E. L. IV. c. 15.

ritibus et ceremoniis, sententias animadvertunt, ferro et flammis absumère, fas esse censent. Horror animum subit, quoties Furorem in caede miserorum bacchantem mecum considero, et, quantum humani sanguinis ab iis fusum sit, cogito, qui se regnum Dei amplificare atque orbem terrarum felicem reddere velle, gloriabantur. Si crudelissima bella ob religionis doctrinam conflata, urbes plurimas incensas atque eversas, tot millia hominum acerbissimis suppliciis enecata esse, recordor: si omne crudelitatis genus mecum reputo, in Hispania, Lusitania, Gallia, Italia ab iis judicibus editum, qui animis hominum imperare, omnemque libertatem durissimis legibus opprimere audent: si inde ab aliquot seculis immani rabie in corpora miserorum saevitum, atque quotannis tristissimum furoris spectaculum editum esse, ejusque foeditate oculos ita pascere homines cogito, ut frequens rogi et gladii adspectus sensum omnem humanitatis ex animis delevisse videatur: si annuis feriis Tolosae illius diei memoriam renovari audio, quo olim saeva religio tria millia hominum interemit: quique utinam aevo excidat! si mecum considero, alios in squalidum carcerem conjici, fame atque verberibus tantum non necari, liberos parentibus eripi atque superstitione imbui, alios bonis paternis exui, omnibusque aerumnis affici: (quod enim aerumnarum genus non ab iis excogitari potest, qui nec principum vitae parcunt, regumque sanguine manus inficiunt? aut cui jucundius est, omnibus modis homines excruciare, quam fratribus Busenbaumii, iisdemque Clementis, Ravaillaci et Damieni fautoribus?) si nec post fata furorem quiescere audio, mortuis pulveris exigua munera subduci, nec communis omnium mortalium matris operimento exanima corpora obduci *): gelidum tremorem per ossa currere sentio, nec, qua orationis gravitate immanitatis illa satis exprimi, nec quibus verborum lenociniis eadem mitigari possit, me intelligere fateor. Nostra verba, querelae, lacrimae nihil proficiunt ad misericordiam commovendam. *Deus*, Deus solus atroces animos flectere, suoque numine durissima eorum ingenia emollire potest, quos nec vocem naturae, detestantis hanc saevitiem, nec hominum lamentationes audire, tot tristissima exempla docuerunt **).

Nos vero, o mei, illud operam demus, ut iisdem nostra lenitate, nostraque erga omnes alios humanitate ostendamus, nihil Deo magis placere, nihil Christianorum nomine dignius, nihil amabilius esse illo hominis animo, qui ea quemque sentire patiatur, quae vera esse sibi persuasit, atque, si eundem, examinata re diligentissime, in errore versari intelligat, non vi, minis, clamore illum adgrediatur, aut bonum virum esse neget, sed leni atque placida ratione in viam reducere studeat, nec, si

---

*) *For Oh! the curst Ungodliness of Zeal! —*
The sainted spirit petrify'd the Breast,
Deny'd the Charity of Dust, to spread
O'er Dust! a Charity their Dogs enjoy.
The Complaint. Night 3. v. 166.

**) *Ah! perisse à jamais l'affreuse Politique,*
Qui pretend sur les coeurs un pouvoir despotique,
Qui veut le fer en main convertir les mortels,
Qui du sang heretique arrose les Autels,
Et suivant un faux zele à l'interet pour guide,
Ne sert un Dieu de paix, que par des homicides.
Henriade. Ch. II.

frustra se hunc laborem suscepisse animadvertat, ideo ullo modo illi noceat: qui neminem eorum, in quibus amorem virtutis studiumque invenit, ob opinionum diversitatem odio prosequatur, aut invisum plebi reddere conetur: qui non solum omnes homines cognatione inter se contineri existimet, cujus haec vis sit, ut se amare invicem debeant atque juvare, sed nullam quoque Christianorum sectam adeo recessisse censeat a divini magistri doctrina, quin multa vera et bona habeat, nec esse ullam omnibus numeris perfectam, nullisque naevis deformatam: qui Deum illo decretorio die non disputationum subtilitatem, nec quaestionum difficilium cognitionem, sed virtutis studium, vitaeque integritatem spectaturum in nobis esse, sibi persuadeat.

Haec haec est illa animi mansuetudo, quam eo magis sectari debemus omnes, qui Christianum nomen usurpamus, quo luculentius eam nobis divinus nostrae doctrinae magister et voce et exemplo commendavit. Summa celebratur in iis populis aequitas atque animi moderatio, quos barbaros vocamus, neque in Muhammedanorum historia ea furoris sacerrimi exempla exstant, quibus pleni sunt gentium, quae sibi politissimae omni doctrina, virtutibusque omnibus videntur, annales *). Quanto magis nos huic lenitati studeamus necesse est, qui non eos deos colamus, quibus humanae victimae offerri debeant? Ubi comburendos, ejiciendos urbibus, vexandosque esse Christus docuit illos, qui a sua doctrina abhorrerent? aut quando vi adegit quenquam, ut eam amplecteretur? Nonne potius mitissime egit cum omnibus, a quibus illam contemni et sperni intelligebat? nonne tota vita mansuetudinem, patientiam, misericordiam cum oratione, tum exemplo suo commendavit? Quomodo ii in erudiendis hominum animis versati sunt, quos et ipse instituit, et magistros doctrinae in terra reliquit? Legimusne unum divinorum legatorum carnifice stipatum, altera manu gladium, altera crucem tenentem, urbes ingressum esse? magistratus opem implorasse, et, ut quos sibi adversari animadverterent, punirentur, postulasse? Cum igitur nos eandem doctrinam profiteamur; cum nostra mens tota ad imitationem virtutum, quarum exemplum praestantissimum in Christo enituit, dirigenda sit: quomodo credere possumus, illi nostrum furorem probari, aut, dum longissime nostra acerbitas ab illius mansuetudine abhorreat, quo jure nobis Christianorum nomen imponimus? Quae ergo, verissime Lactantius **) dicit, aut ubi, aut qualis est pietas? nimirum apud eos, qui bella nesciunt, qui concordiam cum omnibus servant, qui amici sunt inimicis, qui omnes homines pro fratribus diligunt, qui cohibere iram sciunt, omnemque animi furorem tranquilla moderatione lenire.

At eodem hoc amore, quem omnibus debeant, se commoveri ajunt, ut omnes quam felicissimos esse cupiant, et, quoniam sine veritate Christianae doctrinae nulla salus sperari possit, ideo se vel invitis illis hanc tradere debere. Non dicam, absurdum esse et crudele, nos homunculos, qui velut solstitialis herba, eodem fere, quo nati sumus, die moriamur, immo qui nihil agamus, quod aeterna praemia mereatur, solium Dei Opt. Max. occupare velle, omnesque, qui, licet non Christi doctrinam nomine professi sint, vita tamen et moribus proxime ad illius praecepta accesserint, condemnare, coelestique aula ejicere, beatas sedes

*) Voltaire, Traité sur la Tolerance, c. 4. 7. 8.
**) in Instit. L. V. c. 10.

solis nobis, quorum multi minoribus quam illi, quos profanos appellamus, virtutibus conspicui sunt, attribuere, neque cogitare, nullum mortalem divinam misericordiam animo et cogitatione comprehendere posse. Sed nolo contra illam opinionem, cujus vera origo a superbia humana, quae aliorum rebus secundis dolet, durissimaque judicia amat, repetenda est, nunc copiosius disputare. Illud unum ex vobis quaero, quomodo Furorem, sanguine adspersum, insepultis hominum acervis insultantem, et face rogum accendentem, amabilissimam illam Deam existimare possitis, quae omnes blande suscipit, nemini nocet, omnes leniter et placide tractat, omnibus prodesse cupit? Putatisne, Amorem illos clamores tollere, illis hostilibus diris devovere homines, quibus vos eos exsecrari audimus, quibus aeternam salutem comparare vos velle gloriamini? Quodsi vero hoc vestrum cousilium est, dabo enim hoc, nec omnibus improbam sanguinis sitim tribuam: profecto nulla vi alios ad vestram sententiam adducetis. Non extorqueri potest assensus, elici ille debet; nemo animum vi coget illa amplecti, quae detestatur; sua sponte sententias suscipere solet. Quis unquam adduxit hominem carcere, vinculis aut verberibus, ut vere amaret, quos nullo modo ferre poterat? Non magis *ulla* vi nobis persuadebitur, vera esse, quae falsa existimamus. Immo, quo vehementius animus exacerbatur, eo magis assensus impeditur. Odio deinde eum prosequi incipit, qui non blandi magistri, et veritatis studiosi amici, sed duri tyranni personam induisse videtur. Cujus verba modo laudavimus, etiam hac de re sapienter praecipit Lactantius *): non est opus vi et injuria, quia religio cogi non potest; verbis potius, quam verberibus, res agenda est, ut sit voluntas. — Longe diversa sunt carnificina et pietas, nec potest aut veritas cum vi, aut justitia cum crudelitate conjungi.

Hac vero, pergitis, lenitate nunquam miseris errores eripiemus, nunquam animos perniciosis opinionibus liberabimus. Quid mali, quaeso, in vos inde redundabit? Egistis ea, quae vos humanitas agere jussit, coarguistis errores: veritatis defensionem suscepistis. Si retineat amicus vester, quam semel concepit animo, sententiam, neque se ab illa discessurum esse unquam profiteatur: quid amplius tumultuamini? Satisfecistis legibus, quas celebratus ille vobis amor imponit. Commoveri nunc misericordia debetis, non odio inflammari. Quis unquam coecum hominem ideo puniendum esse censuit, quia curvum recto dignoscere aut colorum varietatem discernere non potuit? Si a Deo hanc felicitatem consecuti estis, ut, quae vera sint, intelligatis, magnum profecto beneficium accepistis. Ubi vero ille Deus vos odio prosequi jussit alios, quibus ea beneficii magnitudo non contigit **)? Nihil hic vobis aliud agendum est atque dicendum, quam quod Augustinus praecepit, licet ipse saepissime hujus admonitionis immemor turbulentusque concionator: „Orate pro eis, quos redarguitis atque convincitis“ ***). Quod si vero vos cupiditate vestra, felicitatem hominum augendi, eo abripi patiamini, ut inimicitias indicatis iis, quos in vestram sententiam pertrahere frustra studuistis, ut eos invidiosis nominibus oneretis, aut ferendos esse in rep. negetis, immo ut parentes in liberos, et

*) l. c. c. 19.
**) v. Montesquieu, *l'Esprit des Loix.* T. III. l. 25. c. 13.
***) c. litt. Petil. C. I. c. 29.

fratres in sorores armetis, orbemque terrarum rapinis, caede, et incendiis impleatis, barbaros vos esse profitemur, solaque corporis forma a feritate bestiarum differre. Liber est hominis animus: nullius, nisi Dei imperium agnoscit: de illius opinionibus judicandi penes solum Deum potestas est: contra naturam agunt, qui nos sententiam profiteri cogunt, a qua animus discrepat. Vere et praeclare Tertullianus, humani, inquit, juris et naturalis potestatis est unicuique, quod putaverit, colere, nec alii obest, aut prodest alterius religio. Sed nec religionis est, cogere religionem, quae sponte suscipi debeat, non vi *).

Haec in universum de humanitate dicta sunto, qua omnes cuicumque doctrinae addictos, modo illa ne publicam quietem turbet, ne magistratibus repugnet, ne vi aut illicito modo sectatores sibi quaerat, ferendos esse in rep. censemus. Brevior erit et facilior disputatio nostra de concordia diversarum Christianorum familiarum. Quas inimicitiis odiisque disjunctas vivere, turpiusne sit, an tristius, nescio. Estne credibile, illos, qui Deum patrem nostrum appellant, odio prosequi alios, qui Deum nostrum patrem precibus colunt? aut ob subtiles quaestiones non componi posse turbas, quas nimium diu non emendandi animos, non corrigendi homines, sed disputandi studium aluit? Quae quidem si nobiscum consideramus, non possumus non eadem dicere, quae olim Constantinus Ario et Alexandro scripsit: *Examinemus*, inquit **), *an aequum sit, ob leves et inanes de verbis dissensiones, fratres cum fratribus certare et venerabile concilium per vos, qui de rebus tam exiguis minimeque necessariis rixamini, impia dissensione dissidere. Plebeja haec sunt, magisque puerilem inscitiam, quam sacerdotum et prudentum virorum sapientiam decent.* Nam quae tandem est illa opinionum diversitas, quae tantum animorum dissensum excitat? Nonne omnes Christiani una voce et mente de iis doctrinae capitibus consentiunt, quibus spes nostra, salus, omnisque felicitas nititur? Omnes unum Deum venerantur, atque in eo, tanquam sapientissimo, potentissimo, et aeterno numine omnem spem perpetuae felicitatis esse ponendam, illum omni cultu atque amore prosequendum, praecipiunt: eundem Deum omnes docent et voluntatem suam et saluberrima vitae praecepta nobis per sacros scriptores declarasse, illisque omnes mortales morem gerere debere: eundem cultum omnes Christo praestant, quem verum Deum esse sibi persuadent, et cujus morte se in gratiam cum Deo reductos esse laetantur: omnes virtutis amorem commendant, et scelerum vitiorumque turpitudinem, tanquam Deo invisam et Christiani hominis professione indignam, fugiendam esse monent, omnes sese post mortem e sanctissimi judicis sententia aut poenas sceleribus propositas, aut praemia Christi sanguine parta, relaturos esse sperant: omnes, homines se mutuo amare debere, nec verbis solum, sed re ipsa se invicem juvare, nullo vero modo quietem turbare, praecipiunt. Potestne major

---

*) ad Scapul. p. 69.

**) v. Socrat. H. E. L. I. c. 7.: Ἐπισκεψώμεθα δὲ λογισμῷ μείζονι καὶ πλείονι συνέσει τὸ ῥηθὲν ἐνθυμηθῶμεν, εἴπερ ὀρθῶς ἔχει, δι' ὀλίγας καὶ ματαίας ῥημάτων ἐν ὑμῖν φιλονεικίας ἀδελφοὺς ἀδελφοῖς ἀντικεῖσθαι, καὶ τὸ τῆς συνόδου τίμιον ἀσεβεῖ διχονοίᾳ χωρίζεσθαι, δι' ἡμῶν, οἳ πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ μικρῶν οὕτω καὶ μηδαμῶς ἀναγκαίων φιλονεικοῦμεν. δημώδη ταῦτ' ἐστι καὶ παιδικαῖς ἀνοίαις ἁρμόττοντα μᾶλλον, ἢ τῇ τῶν ἱερέων καὶ φρονίμων ἀνδρῶν συνέσει προσήκοντα.

meliorque consensio de sententiis, quibus hominum felicitas continetur, cogitari? Cur igitur eos, qui haec doceant, non ferendos esse clamamus, si illos aut de interpretatione quorundam locorum, aut de publicis ceremoniis aliter statuere intelligimus? Animum nostrum Deus spectat, et hunc sibi probari vult: pietatis et virtutis studium a nobis postulat: ideo nobis religionis doctrinam tradidit, ut felices essemus, atque hanc felicitatem et vita ex virtutis praeceptis instituta, et amore erga alios consequeremur. Non ille, quam docti simus, quam exercitati disputationum subtilitate, quaerit, nec ob ritus sacrorum aut poena quenquam afficiet, aut praemiis ornabit.

Quin damus id superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messalae lippa propago:
Compositum jus, fasque animi, sanctosque recessus
Mentis, et incoctum generoso pectus honesto?
Hoc cedo ut admoveam templis, et farre litabo *).

(Liceat enim nobis, animum nostrum iis versibus declarare, quibus vix sublimius quidquam veriusque Musae Romanae cecinerunt). Facili igitur opera illa discordia deleri, omnisque dissensus tolli potest. Persuademus nobis, convenire nobiscum reliquos de iis sententiis, quae naturam Christianae doctrinae constituunt: non ideo nefas esse, ab avitis opinionibus recedere, quia olim pueri jure jurando iis adstricti simus: errare potuisse eos, quos auctores sequamur, nec illorum libris eam fidem et venerationem praestandam esse, quae solis divinis libris debeatur: nos de multis acutius judicare, nec pauca scripturae sacrae loca melius interpretari, quam majores nostri: nec esse in examinanda sententia quaerendum, an antiqua illa sit, an a majoribus nobis tradita, an seculi XV. doctoribus probata, sed veritatem illius solam spectandam. Haec si cogitamus, quidni promti simus ad manus jungendas? Verum haec concordia conciliis, synodis et disputationibus, quibus aut major animorum ardor accenditur, aut tota res ad subtilitatem recidit, minime obtineri posse videtur. Tu igitur, immortalis Deus, fac tuo numine, ut tandem ille felicissimus dies veniat, qui ex multorum annorum dissensione ad unam societatem concordiamque revocatos animos conjungat! Dele cruenta vestigia, quae terrae furor humanus impressit, atque odia, quibus inter se dissident Christiani, tolle! Communis omnium mortalium pater es: omnes amas: omnes beate et tranquille vivere cupis; omnibus eandem felicitatis magnitudinem parasti. Effice igitur, ut, quos olim voce unoque animo tuas laudes aeternis carminibus celebraturos esse, promisisti, tandem perpetua concordia, amicitia, amorisque conspiratione frui, nihilque tibi hac amica animorum consensione jucundius esse, sibi persuadere incipiant!

*) Pers. Sat. II. extr.

Corrigenda.

Pag. 18.	lin. 28.	l. *illa desidia.*
— 57.	— 4.	l. *deduxerit.*
— 61.	— 36.	l. *usitatiori illo pruritu.*
— 84.	— 6.	l. *vociferata est.*
— 84.	— 35.	l. *adnisa est.*